

05

A

1463



NOVITATUM ET ERRORUM CALIXTINORUM

LUSTRATIO GENERALIS I.

SIVE

DISSERTATIO APOLOGETICA,

EAQUE SOLENNIS,

DE

RELIGIONE

AC DOCTRINA PUBLICA

ECCLESIARUM & SCHOLARUM

SAXONICARUM, ALIARUMQUE *γνησίως* LUTHERANA-

RUM, quod ea à Calixto immeritò & falsò postuletur enor-

mium errorum, & illaudabilium dogmatum,

IMPRIMIS VERO VINDICATUR DOCTRINA

de

MAJESTATE ac OMNIPRÆ-

SENTIA CARNIS CHRISTI,

IN ELECTORALI ACADEMIA WITTEBERGENSI

PUBLICE PROPOSITA,

PRÆSIDE

JOHANNNE SCHARFIO,

Theol. D. Prof. P. Collegij Seniore, p. t. Decano,

& Templi Cathedral. Præposito,

RESPONDENTE

M. JACOBO REICHMANNO,

Colleg. Phil. Adjuncto, Scholæ Oppidanæ Witteberg.

Con-Rectore, nec non Electoral. Alumno.

In Auditorio Majori. ad d. VIII. Novembr.

Wittebergæ typis Johannis Borckardti, Anno 1655.



05 A 1463



PRÆFATIO.

Immensum atq; ineffabile Dei Opt. Max. beneficium est, quod pax religionis in Imperio Romano non constituta modò ante hos-
 ce centum annos, confirmataq; solenniter, sed & illæsa atq; in-
 temerata per integrum seculum in ecclesiis scholisq; nostris con-
 servata fuerit. Quod singulare prorsus Dei charisma cum in seculari
 jubilæo nunc recolere nobis ac devotissimâ gratissimâq; mente
 concelebrare liceat, meritò exultamus atq; applaudimus: *Jubilate
 Deo. omnis terra: terribilis est in judiciis & operibus super filios hominũ:
 dominatur potentiâ suâ, restituit animas nostras in vitam, nec permi-
 sit moveri pedes nostros.* Sartam tectam præstitit ecclesiam, Acade-
 miã, Remp. quin & pacem, pacem publicam, *pacem religionis* inter
 nos per integrum seculum virere, vigere, florere, ac augescere mi-
 rabiliter fecit. Convenerant sæpè numero superiori proximè elap-
 so seculo hostes nostri, hostes infensissimi & potentissimi, conspi-
 raverant, consilia inierant, decreta fecerant, ingentes ac terribiles
 Papistarum cohortes conjuraverant in perniciem ecclesiarum e-
 vangelicarum. Pontifex Romanus immani bullâ excommunicat Lu-
 therum, omnesq; ejus asseclas, & libros Lutheri exuri mandat. Cesar
 Carolus V. publico decreto in publicis comitiis Wormatiæ Lutherum pro-
 scribit, ac severe mandat, ut post dies 21. quos ei ad reditum concesserat,
 quisq; det operam, ut illum capiat, captumq; in suam potestatem perdu-
 cat. Ferdinandus Archidux Austriae latus adversus Lutheranos senten-
 tias vehementer urget, & in Ducatu Wurtembergensi, quem tunc te-
 nebat, gravissimum proponit edictum, ac præmium delatoribus consti-
 tuit, nec non passim in suis provinciis in eos, qui Pontificiis legibus non
 parerent, graviter animadvertit. Hinc sine morâ huc illuc emit-
 tuntur subsidiarii, concurrunt, confluunt passim, urgentes, postu-
 lantes, stipulantes, ut mandata & decreta contra Lutheranos pro-
 mulgata executioni dentur, protestantes Evangelici coerceantur,
 profligentur, extirpentur penitus: mox sequitur funestissi-
 mum bellum, quo superior Saxonia immane quantum affligitur,
 conflagunt arma, coeunt turmæ, Elector Saxoniae capitur, septem-
 virali dignitate privatur, Witteberga obsidetur, occupatur, ho-
 tes

ffes intrant urbem hanc nostram, intrant & ipsum templum omni-
um Sanctorum perdituri, quicquid libido, furor & tyrannis offen-
derit, nihil humani praesidii supererat, omnia erant in manu hosti-
um. At verò Deo Opt. Max. sit laus honor & gratiarum actio, stat
adhuc tamen Witteberga nostra, stat Ecclesia Evangelicorum, flo-
ret religio Lutherana.

Clementissimus Deus, pater Domini nostri Jesu Christi, avertit om-
nia mala, irritas fecit cogitationes perversorum, eorumq; consilia
praecipitavit, ut non perficeret manus eorū quicquam: quin potius
eò tandē redacta sunt omnia, ut libertas religionis protestantibus
imperii Romani statibus concessa, & pax religionis firmata & solen-
niter confirmata fuerit. Hæc, hæc sunt insignia planè Dei charisma-
ta, quæ in seculari jubilæo non immeritò devotissimâ mente ani-
meq; gratissimo recolimus. Hæc, hæc sunt jubilæa, quæ modò in
ecclesiis scholisq; Saxonis solenniter instituntur & celebrantur.
*Eja tibi Domine, ò Jehova Deus, sancte pater, tibi cantat, tibi jubilat u-
niversa terra Evangelicorum, tuo nomini dicimus psalmum, tua laudi-
damus gloriam: tota Saxonia incurvat se tibi, psallit nomini tuo, selah.
Perfice Domine, quod cœpisti in nobis opus bonum, fac ut pax, pax publi-
ca, pax religionis inter nos stabilis sit, maneatq; firma & perpetua, ut te,
pater, unâ cum coeterno filio & spiritu sancto, in unitate spiritus vide-
simenter glorificemus, ab hoc nunc, & usq; in secula seculorum. Cæterum
de ipsa religione, cujus libertatem & securitatem sartam teetam cu-
pimus, cum primis sollicitos nos esse oportet, præsertim cum toto
isthoc in negotio ejus causa præcipuè petatur, agaturq; quin eâ
super re quam maximè ac vehementer disceptetur. Taceo Papi-
starum Calvinistarumq; molimina, quæ vulgo nota sunt, & alibi
profligata. Novi nunc insurgunt turbones, Papistarum pariter &
Calvinistarum assentatores, quorum antesignanus est Calixtus.
Maximas illi ecclesiis scholisq; Saxonis intendunt lites dicæq;
impingunt grandes, quas ut propulsemus necesse in omnino est.
Agite igitur, videamus, quid monstri alant; lustremus causam, ut
appareat cominus, quid distent æra lupinis. *Gratiam & gloriam da-
bit Dominus & non destituet eos, qui ambulant in innocentia.**

DISSERTATIO APOLOGETICA

pro ecclesiis, Scholisq; Saxonis

DE

MAJESTATE AC OMNIPRÆ-
SENTIA CARNIS CHRISTI.

Thesis Orthodoxa.

Doctrina ecclesiarum Saxonicarum in Symbolico Con-
cordia libro succinctè è comprehensa, omninò or-
thodoxa est, & in omnibus fidei capitibus pura, ad
eoq; immunis ab erroribus, fidem salvificam labefactantibus.
Quam cum Ecclesia, Scholaq; Wittebergenses, constanter atq;
sincerè amplectantur, tueanturq;, immeritò ea ceu inquinata
traducuntur, & hætenus iniquè sugillantur, ac si dogmata
illaudabilia tradant, inculcentq;, & vix minoribus infecta
sint maculis, quàm Papistarum & Calvinistarum colluvies.

2 Notanter loquor de libro Concordia, qui ecclesiarum
Saxonicarum Symbolicus est, in quo cōtinentur Augusta-
na Confessio, ejusdemq; Apologia, Articuli Schmalcal-
dici, uterq; Catechismus Lutheri, Minor & Major, Epi-
tome articulorum credendorum, sive formula Concor-
diæ, nec non solida, atq; plana eorum omnium declara-
tio. Hæc, inquam, scripta ecclesiarum nostrarum sym-
bola sunt, in quibus, ut compendiaria hypotyposis no-
stræ Religionis, summa fidei & forma Confessionis, ad-
eoq; typus quasi unanimi consensu approbatus, exhibetur:
ita quoq; universam doctrinam, in illis expressam, ortho-
doxam & puram esse, firmiter statuimus, credimus, san-
cteq; ptofitemur: quin & exinde doctorum ecclesiarum
Saxonicarum dicta, opiniones, & sententias judicandas

A 2

esse

Respondente
M. JACOBO
REICHMAN-
NO, Colleg.
Philos. Adj.
& Scholæ
Witteberga.
oppidan.
Con-Recto-
re nec non A-
lum. Electo-
rali.

esse censemus. Quod si fortè dissonum quoddam, aut sequius à quopiam dictum scriptumve fuerit, sive definiendo, sive exponendo, id profectò, ut privatum dogma est, sic universæ totiq; Ecclesiæ, vel indiscriminatim Theologis Wittebergensibus, perperam imputari arbitramur.

Antithesis Cacodoxa.

3. Contra docent, statuuntq; hodierni Novatores, & turbonones, Calixtus præcipuè, ejusq; complices, Ecclesias Saxonicas, aliasq; libro Concordiæ addictas, non parum errare in gravissimis fidei Capitibus, esse impuras in summis dogmatibus, crassisq; erroribus inquinatas, adeò quidem, ut vix minoribus ea polluta sint maculis, quàm Calvinistica & pontificia secula.

4. Sic enim in literis ad Ranzovium protervè nimis scribit Calixtus: *Lutherana ecclesia, quæ dogmati ubiquitatis inhaerescit, vix minorem contrahit maculam, quàm Papistica & Calvinistica, dum hunc satis crasum errorem tectur & obtrudit.* Mi Nobilissime Ranzovi, ausim affirmare, vix aliam ecclesiam alibi inveniri melius comparatam, quàm in nostra patria, & hic in Ducatu Brunswicensi ditionis Wulfebutelica & Calenbergica: Exultat enim hic dogma illaudabile ubiquitatis. Hinc porrò lætatur, tripudiatq; Calixtus, & vehementer sibi gratulatur, quod & educatus fuerit, & hodieq; vivat in illis locis, ubi formula Concordiæ recepta non fuit: sic enim scribit in Responsione ad Illustriss: & Celsiss: principem & Dominum, Dominum Ernestum Landgrævium Hassia & c. Anno 1651. die 14. Septembr. *Lutherana alia simpliciter inhaerent Augustanæ Confessioni, alia nonnulla dogmata addiderunt, inter quæ eminet dogma ubiquitatis.* Ago Deo gratias, quod natus & educatus sim in Ecclesia, quæ id ipsum nunquam receperit, & hodiè vivam in Academia, quæ nunquam probaverit. Scio proinde, puriori meritò accenseri, nec alibi puriores, præsertim quod doctrinam attinet, inveniri. item

Joh

Ich bin geboren / Scribit in der Widerlegung lit: T. Col. 2.
num: 1024. und in das 16. Jahr meines alters erzogen in einen Lan-
de / darinnen die Formula Concordiæ niemals angenommen oder
beliebet worden. Item ibid lit. T. 2. & seqq. Wie ich nun zu mehr
verständigern Jahren kommen / muß ich bekennen / daß mich höch-
lichen erfreuet / daß ichs alhier (zu Helmstätt) was dis Werck be-
trifft / eben in demselben begriff und stande / wie es in meiner Hey-
mat befindlich / angetroffen / daß nemlich die Professores auch hie-
selbst in der Universitat Julius an die Formulam Concordiæ nicht
verbunden. Hæc Calixtus.

5. Ita scilicet ille suo more superciliosè gloriatur, & in
alios leviter invehitur, nec non integras ecclesias nequiter
criminatur. Splendidissimam sibi arcem imaginatur,
cum vix casam inhabitet: gloriatur de suæ doctrinæ pu-
ritate, quam nullam habet. Scilicet clarum solis jubar
in Calixti Museo, in domo, & Schola ejus, duntaxat lu-
ceat, alibi non item. Gloriatur eam præstare in ditione
Wolfebutelicâ & Calenbergicâ. Quid ergo fiet de aliis
Ecclesiis Brunsvvicensibus, Cellensibus & Grübenhä-
nensibus? anne & ibi claritas Evangelij & lux puræ Reli-
gionis clarè lucet? Scilicet dort soll es eine andere beschaffenheit
haben / ut perhibet Calixt. in der Wiederlegung n. 123. lit. T. 1.
Sed svavia somnia sunt, quæ missa nunc facimus, & ini-
quissimas ejusmodi gloriationses glorioso Thrasoni relin-
quimus: Criminationes verò, in Ecclesias Saxonicas,
Scholasq; Wittebergenses impudenter effutitas, hæc vice
breviter propulsandas atq; amoliendas esse ducimus.

6. Duo autem sunt præcipua doctrinæ capita, quæ, ut à
Calixto, ejusq; sociennis & gregalibus, vehementer infe-
stantur atq; impugnantur; ita primò omnium ea in ante-
cessum exponenda rectius, breviterq; discutienda ve-
niunt. Primum est de *Majestate ac omnipresentia carnis
Christi*: Alterum de *bonis operibus*, quod ea negentur ad sa-
lutem necessaria. De priore hæc vice breviter differemus, al-

tèrum in subseqq: expedituri. *Illud* nempe exosum prorsus Calixto est, idq; adeò exagitat, ut in præfatione der **Wiederlegung** statim in primis literis ad Serenif. Electorem Saxonix, nec non in initio totius operis præscribere non vereatur, doctrinam de omnipræsèntia carnis Christi esse primam causam dissensionum, atq; hostilium divortiorum, ob quam Theologi quidam Wittebergenses rancorem conceperint adversus Helmstadianos, eosq; propterea odio prosequuti fuerint. **Etliche** Theologi, scribit, **der Universität Wittenberg haben von vielen jahren her wieder die Theologos dieser Universität Helmstätt einen Groß und widerwillen gefasset / und vielmahl öffentlich und genug am tag gegeben / ob schon es ihnen zu gute gehalten / und nicht beantwortet worden. die Ursache / pergit ibidem, dieser ansetzung ist gewesen / das man hier nicht / wie daselbst / gelehret / das gleich wie die Gottheit unser Heylandes allenthalben ist / also auch sein Leib und seine Menschheit.** Hæc Calixtus. Gemina passim percrepat, venditatq; in principio der **Wiederlegung** n. 1. in der **Verantwortung** N. 2. in Epistola ad Wittebergenses n. 1. &c.

7. Verum enim verò in janua statim impingit enormiter, fallitq; & criminatur pessimè. Profectò falsissimum est, quod de origine divortiorum, de rancore, ac odio Wittebergensium fabulatur. Aliud longè ac contrarium clamant historix & acta à tempore libri Concordix adornati & publicati: Aliud testantur res gestæ in ecclesiis superioris & inferioris saxonix: puta de annis 1582. 1583. & seqq. Contrarium apertè constat ex tergiversationibus, ex contradictionibus, ex vehementissimis contentionibus, scriptisq; virulentis nonnullorum Theologorum Helmstadiensium. Ecquis est adeò imperitus rerum, qui nesciat, quantas illi subinde lites intenderint ecclesiis Saxonis? quantasq; in rebus Religionis turbas dederint, & dissensiones excitarint?

7. Initiò subscripserant libro Concordix sine omni
con-

conditione, cumq; in omnibus approbaverant sine ulla exceptione, nec non eidem sanctissimo juramento sese obstrinxerant. Hoc quippe ipsorum erat juramentum:
IN NOMINE JESU CHRISTI, FILII DEI.

Wir / derer nahmen hernach verzeichnet stehen / wollen für dem Angesichte Gottes / und der ganzen Christenheit / bey den lebt lebenden / und so nach uns kommen werden / mit Herzen / Hand und Mund bezeuget haben / das diese lebt gethane Erklärung von allen vorgesezten und declarirten streitigen Artikeln in dem Buch / des tittel ist / Allgemeine / richtige / lautere / und endliche wiederholung / oder Formula Consensionis &c. und keine andere / unsere Lehre / Glaube und bekentniß sey / in welcher wir auch durch die Gnade Gottes mit unerschrockenen Herzen vor den Richterstuhl JESU Christi erscheinen / und deßhalb rechen schaff geben wollen / dawieder auch nichts heimlich noch öffentlich reden / schreiben / predigen / lehren oder vertheidigen wollen / sondern vermittelst der Gnade Gottes / darbey beständig bleiben. Dessen zu mehrer gezeugniß und bekantnis haben wir wohlbedächtlich in Gottesfurcht und anrufung dieser formulæ pacis inter Theologos & Ecclesias Augustanæ Confessionis, des gleichen dem Extract, so daraus gezogen in thesi & antithesi uns mit eigenen händen unterschrieben.

Ego Tilemannus Heshusius, Theologia Doctor, corde; ore & manu scribo, ac Deum toto pectore oro, ut extinctis omnibus corruptelis salutaris concordia opus suo sancto spiritu promoveat, & stabiliat.

Ego M. Daniel Hoffmann, Professor Academiæ Juliae, corde, ore & manu subscribo.

Ego M. Basilius Sattler Pastor Helmstadiensis, & Professor sacrarum literarum in Schola Juliae, corde, ore & manu subscribo. Sic illi jurejurando firmarunt dogmata, & statuta libri concordia.

9. At vero quomodo fidem, tam sanctè datam, servarint, edisserant alii, & res ipsæ loquantur. Equidem non ignoramus, quod non tantum in initio ante publicationem libri

libri concordiaë, dogmata ejus univèrsa & singula tam san-
ctè approbaverint, sed & postea quoq; in subsequèntibus
annis non semel attestati fuerint Consensum, nec non in-
signiter commendaverint librum Concordiaë, etiam post
publicationem ejus, editum nempe typisq; publicis ex-
scriptum, uti constat ex censurâ eorum de Apologia libri
Concordiaë Anno 1582. latâ, aliisq; actis & documentis
1585. seqq. quæ ordine recenset D. Wellerus in *der andern
Probe Calixtinischer Verantwortung* de Formulâ Concordiaë
pag. 10. 13. & seqq. Attamen probare non possumus tergi-
versationes, subterfugia, & molimina illa Helmstaden-
um Theologorum, Heshusii præcipuè, quibus Apolo-
giam libri Concordiaë, jussu Electorum à Theologis de-
putatis, à D. Timotheo Kirchnero, à D. Nicolao Selneccero, &
D. Martino Chemnitio, scriptam sufflaminare quasi, nec non
Conventum Brunsvvicensem non semel declinare præ-
sumpserint.

10. Scilicet factum inde est, ut disidia magis magisq;
gliscere cæperint, quæ cum porro ad novum satis fune-
stum bellum in Ecclesia spectare viderentur, illius sopien-
di, & in primis quasi favillis consopieni causâ de volun-
tate trium Electorum, *Palatini, Saxonis, Brandenburgici,*
ut & Ducis Brunswicensis, conventus Theologorum Qued-
linburgi in Saxonia fuit institutus, ut *de Majestate Christi
hominis* (quam Helmstadienses ubi quitatem, stylum Cal-
vinisticum imitati vocabant) collatis amicè sententiis,
dissensio omnis tolleretur, sed eventus non respondit ec-
clesiæ expectationi, ut ex actis istius Colloqui perquam
notum est. Graviora potius insequuta fuere certamina.
Non longè post Anno 1585. Johann Malsius, Concionator
aulicus Wulfenbuttelicus, qui Quedlinburgensi Colloquio
interfuerat, quiq; fax & tuba dissensionum & turbarum
Helmstadiensium censetur, apertè cæpit negare Majesta-
tem

tem Carnis Christi, quod nempe *Caro Christi sit Omnipotens, & habeat infinitam divinitatem, virtutem sive potentiam, quod Christus secundum humanam naturam extra usum S. cæne Dominica in credentibus habitet in terris, itemque quod verum corpus Christi ab indignis in S. canâ sumatur.* Hæc omnia ille Malsius, non bono utique, sed pessimo, ac verè Calvinistico spiritu agitatus, negabat. Qui propterea ab officio remotus, nec non ab ipsis Helmstadianis Theologis confutatus & rejectus fuit.

II. Dehinc Hoffmannus Theol. D. & Profes. Helmstad: vehementer capit perstringere doctrinam, lectiones, disputationes, & Conciones orthodoxorum, & non exiguas in ecclesia Christi dedit turbas. Ecquis enim ignorat, quanta ille virulentiâ insectatus fuerit optimos quosque Theologos, D. Brentium, D. Jacobum Andrea. Quid D. Martino Chemnitio, quid venerando D. Nicolao Selneccero molestiarum & ærumnarum ab eodem creatum fuerit. Quid Reverendo seni, D. Davidi Chytræo turbarum moverit. Quas molestas insigni Theologo D. Lucae Osiandro, & reliquis Theologis orthodoxis Wurtenburg. universis facesserit. Quibus acerbissimis injuriis, convitiis, insectationibus lætas illas animas. D. Polycarpum Lyserum, D. Aegidium Hunnium, D. Georg Mylium petierit & flagellaverit: Nulla ab illis concio, nulla disputatio; scriptum quod vis aliud nullum in lucem est editum, in quod ille sibi censoriam virgulam non sumserit, & autores nominatim, etiam in suis scholis Helmstadianis, perstrinxerit, exagitarit & acerbissimè suggillarit. Conferatur modò Apologeticum D. Mylij Contr. D. Hoffmann. Ienæ Anno 1597. editum. Legantur acta & facinora in progressu libri Concord: apud Hutter. in Concordia Concorde pag. 1342. &c. Profectò non immeritò conqueruntur Theologi Wur-

ten.

tenburgici in Responsione, Ableinung und gegenbericht Anno
1586, nec non in ihren gründlichen/und ausführlichen bericht / von
der Majestät Christi de Anno 1589. Sic illi in Præfatione istius
libri scribunt: Wir haben den anfang dieser Spaltung zwischen
uns/und den Helmstädischen Theologen, darumb soweit erholen
sollen/damit/wo fernere weiterunge/Ergernis und Zwyracht unter
den Theologen Augspurgischer Confession / hieraus entstehen
solte / (welches der Allmächtige gnädig abwenden wolle.) männli-
glichen erkennen möge / das wir unsers theils an solcher schädlichen
trennung den anfang nicht gemacht: auch hernach nicht ursach darzu
gegeben / sondern an alle dem / was zu Christlichen frieden und ei-
nigkeit dienlich / nichts erwinden lassen.

Wie wir uns auch hiemit noch ferner erbotten haben wollen / über
dieser sachen mit den Helmstädischen freundlich zu Conferieren / und
ihnen ihre scrupulos zu eximiren. Da sie auch mit dieser unser
schrift und Christlicher erklärang zu frieden / sich dessen gnugsam er-
klären / und uns ferner nicht anfechten / sondern mit uns einhellig/
(nach anleitung Göttliches worts / und des Christlichen Concordi
Buchs) die reine Lehr in allen und ledenn Puncten forttreiben / und
propagieren/auch mit uns wieder die Calvinisten und Jesuiten/mit
dem Schwerdt Göttliches worts fechten wollen: Soll alles das / so
bis daher fürgelauffen ihnen aus Christlicher ungeferbter liebe von
Herzen verzeihen und vergeben sein: und wollen wir mit ihnen fort-
hin gern brüderliche einigkeit/und Christliche Correspondentz
halten.

Da aber D. Hoffmann und seine adherenten / auf ihren unbe-
fugten fürnehmen verharren / und sich gegen uns / und zupörderst
gegen der Warheit Göttliches worts / und reiner Evangelischen Lehr
als Feinde für ohin erzengen wolten / (da wir doch von Herzen beßer
wünschen und hoffen /) müssen wir zwar solches dem Allmächtigen
und gerechten Richter heimstellen: sein aber (vermittelst Gött-
licher gnaden) bedacht / die Bekentniß reiner Lehr von der Majestät
des Menschen Christi / wie auch die geistliche Wehr und Waffen/
wieder die Calvinisten und Jesuiten / darumb nicht hin zuwerffen /
wenn gleich diese Theologi beharlich zu diesen beyden Kotten und
Secten treten solten. Der Allmächtige aber wolle ihr Herz auff
inen bessern; Weg weisen.

12. Ita illi Babylon curare Sategerunt, sed non fuit cura-
ta. Similia, nec non pejora Helmstadenf. Theol. facinora
ex historiis sequentium annorum commemorat D. Wel-
lerus in præfatione der *Abwischung der unchristlichen lästerung*
D. Calixti num. 5. & seqq. & Hütterus in Concord. Concord.
de orig. & Progress. libri Concord. cap. 52. p. 1341 & c. ubi vi-
deantur plura. Unum saltem addo, quod Anno 1614. ex
Julia Academia contra Wittebergenses Theologos stylo
lycambeo perscriptum fuit, ut vel inde appareat, falsum
esse, quod tam procaciter effutiit Calixtus. *Es sey den*
Wittenbergern zugut gehalten / und von dem Helmstädern nicht be-
antwortet worden &c. Nihil responsum fuisse ab annis 46. scri-
bit in Epistol. ad Wittebergenses. Hoc, inquam, falsum est.
Statuerat D. Balduinus in publicis prælectionibus super I.
ad Corinthios Epist. cap. 15. de resurrectione mortuorum,
quod *impii virtute meritorum, mortis & resurrectionis Chri-*
sti, non sint resurrecturi, sive quod resurrectio impiorum, qua
semper ad damnationem est, non sit fructus mortis & resur-
rectionis christi. Cui mox opposuit brevem pericopen Hē-
ricus Bōetius Theologiæ D. in Academia Julia, in qua tan-
ta vehementia & maledicentia invehitur in D. Balduinum,
ut hic in Apologia de iniquis & contumeliosis Helmsta-
diensium molitionibus non immeritò conquestus fuerit,
& in ista erumpere verba necessum habuerit. *Exhorru*
profectò, cùm ista legerem, & simul vehementer dolui, quod
virgula illa censoria, qua ex ista vicinia Academia nostra Theo-
gos jam in Domino quiescentes, superioribus annis aliquoties
tetigit, nondum dominari desierit, & quod familiam ducit,
quod ij, qui οὐδὲν ἡμῶν nobis esse volunt, non potius contra
communem hostem, qui diversa acie satis acriter ecclesias no-
stras impugnat, bella Domini bellare ausint, sed sociis fidei jam
pridem defunctis, & profectò (rumpantur ut ilia) in castris
contra Calvinianorum particularitatem ante signanis, questi-
unculis

B

unculis

NB.

unculis ejusmodi per latus Calvinianorum agrè facere tanto-
pere desudent, Item: sed in his libertate uti non licet, scri-
bit Pericope. A. 3. quasi vero licentia ei data sit in alias Acade-
mias, Professorum, qui, ut ipse fatetur, publicarum cum ipso
confessionum sunt, dictata pro lubitu impetendi. Quis hic
tam imbecillis est judicij, quin intelligat Theologum istum per
manuum quasi traditionem virgulam istam censoriam in A-
cademiam nostram ab antecessore suo accepisse? aut quid judi-
cat de se ipso? Suane omnia tam adamantina esse, sibiq; etiam in
mortuos debacchari licitum, ut quàm primum tabernas libra-
rias pagella sex, septem, repleverint, protinus omnes alij hiscere
ac obmutescere cogantur? Hæc Calixto dicta sunt, ut in
posterum rectius sapere discat. Si autem adeò ignarus re-
rum est, addere poterit nefanda dictoria & scommata sui
Præceptoris, *Cornelij Martini*, quæ immani rabie & inhu-
mano more in B. Balthasarum Meisnerum, virum ultra lau-
dem, olim publicitus eructavit.

13. Satis inde patet, falsum esse, quod Calixtus garrit de
initio certaminum ecclesiasticorum in Saxonia, de odio,
rancore sive indignatione Wittebergensium Theologo-
rum. Nihil hac in causa nostrates egerunt ex privato af-
fectu, sive ex odio, aut rancore quodam, sed ex justissima
indignatione, ex pio zelo religionis, ex amore veritatis
cælestis, quin immò ex officij necessitate coacti fuerunt,
stringere calamū adversus cavillatores ac turbatores, nec
non ex mandatis Electorum & Principum impositum ipsis
fuit hoc onus, ut videlicet propugnarent communem ec-
clesiarum Saxoniarum doctrinam, unanimi consensu ap-
probatam, & receptam, etiam à ducibus Brunsvvicensibus,
& Luneburgensibus, eamq; vindicarent ab intentatis cri-
minationibus. Vera igitur causa illorum certaminum ec-
clesiasticorum non est odium quorundam Wittebergen-
sium Theologorum, ut mentitur Calixtus, sed insolentia,
& per-

& pertinacia Theologorum nonnullorum Helmstadien-
sium, qui librum concordiaē publicè approbatum fodica-
re, & sanam ejus doctrinam de Majestate carnis Christi per-
vertere, ac sugillare cæperunt.

14. Falsissimum est, quod Formula Concordiaē nun-
quam fuerit approbata, nec recepta ab Helmstadiensibus;
quodq; Professores Theologiaē in Julia Academia ad eam
olim non fuerint ad stricti. Ementitum & injuriosum est,
quod de immutatione formulæ Concordiaē oggerunt, ac si
prodierit multiplex editio libri Cōcordiaē à manuscripto,
& à Brunsvvicensibus Theologis subscripto, exemplari
Helmstadiensi planè diversa, & passim discrepans, præfer-
tim in doctrina de Majestate carnis Christi. Es were zwar
ein geschriebenes Exemplar unterschrieben: wie es aber hernach im
truck ausgegangen / hätte die Ubiquität sich darin befunden / der
mann dieses Orts nimmer bengepflichtet / Calixtus in der Wieder-
legung / n. 125. lit. T. 2. Hoc, inquam, grande mendacium
est, calumniosum & injuriosum cavillum, ut ex actis pu-
blicis egregiè ostendunt, probantq; D. Wellerus in der an-
dern *Prob de formul: concord: pag. 18. n. XI. pag. 25. 30. & seqq.*
Theologi Wurtembergens. in Responso, ablehnung und gegen
bericht adversus Helmstadiens. B. Ægidius Hunnius in der noth-
wendigen verantwortung des Christlichen concordii Buchs / wieder
die im truck ohnlängst unter D. Daniel Hoffmanni nahmen ausge-
sprengete unerfindliche beschuldigung.

1. Als solte die Lehr von des Herrn Christi nach seiner menschl-
chen Natur gegenwertigkeit in Regierung aller Creaturen im Buch
der Concordien nicht begriffen seyn.

2. Und dann / das das Concordii Buch nach ergangener allge-
meiner unterschreibung gefährlicherweiße mutiret und geändert sey:
gedruckt zu Franckfurt am Mein durch Johan Spieß Anno 1597.
nec non in der wiederlegung der ungegründten auflagen / darmit
D. Daniel Hoffmann in seiner *Apologia D. Ægidij Hunnij* bis
dahergeführte Christliche bekändniß in etlichen vornehmen Glau-
bens

bens Articeln solcher irrigen Lehr verdächtigt zumachen / sich unter-
standen. loco & anno iisdem. B. Chemnitius in epistola ad
Helmstadenfes Theol. anno 1580. d. 7. Novemb. Brunswiga
data. Conferatur Hutterus in concordia Concorde cap. 52.
pag. 1343. & seqq.

15. Observes velim, quod potius exemplar Helmstadien-
sium in nonnullis mancum ac vitiosè descriptum depre-
hensum fuerit, uti laudatus modò Chemnitius ex colla-
tione locorum palam ostendit, indeq; Helmstadenfibus
Theologis sic respondet: *Quod in vestro manuscripto ex-
emplari positiones illæ non extant*, non collectorum culpa,
sed scribæ, qui vestrum exemplar descripsit, negligentia ac-
cidisse manifestum est. Item Fol. 239. stehen in prima deli-
neatione Bergensi die Wort (und nicht allein eine Gnaden. Pre-
digt sey) expresse! Atq; ita etiam in altero exemplari Dresda
mundato, verba illa extant; unde manifestum est, σφάλμα
yeσφικόν esse scribæ vestri: & paulò post: magna autem in-
juria esset propter scribæ vestri exemplaris negligentiam, corre-
ctores in crimen vocare, aut hac de causa certamen intestinum
movere &c. Tandem concludit: unde manifestè apparet, &
ad oculum monstrari potest, illas tot & tales mutationes, sicut
index vester habet, nequaquam post communes subscriptio-
nes, à paucis vel factas, vel permisas, multo verò minus falsa-
tum aut depravatam aliquid esse in sensu.

16. Sophisticum & perversum est, quod insinuat non-
nullis Wittebergensibus Theologis: *Elliche Theologen der
Wntersität Wittenbergk &c.* scribit Calixtus dicto loco. At
verò multi alii fuerunt, qui causam libri Concordiæ su-
sceperunt, & Helmstadenfium conatibus obstiterunt, ut
pote *Timotheus Kirchnerus, & Wilhelm. Zimmerman, Theolo-
gi Palatini, Nicolaus Selneckerus Superintendens Lipsiensis,
D. Georgius Mylius Jenensis Theologus, Christophorus Corne-
rus Superintend. Franckofurtens. ad Oder. D. Martinus Chem-
nitius*

nitius Superintendens Brunswicensis &c. Et quid? non pauci certè, sed omnes orthodoxi Wittebergenses Theologi contradixerunt Helmstadenſibus *Dn. D. Polycarpus Lyſerus Senior. Dn. D. Ægidius Hunnius. Dn. D. Salomon Geſnerus. Dn. D. David Rungius. Dn. D. Leonhardus Hutterus. Dn. D. Wolfgang. Francius. Dn. D. Fridericus Balduinus. Dn. D. Jacobus Martini. &c.*

17. Falsum eſt, quod per integros quadraginta & ſex annos ab Helmſtadianis Profeſſoribus nullum unquam verbum publico aliquo ſcripto fuerit reſpoſitum, uti conſtat ex iis, quæ ſupra theſ. 12, delibavimus, & e dicendis, nec non propriis Calixti machinationibus innoteſcet fuſius.

18. Perverſiſſimum cavillum eſt, & enorme crimen, quando Calixtus ab initio ſtatim in præfation. ad Electorem Saxonix pag. 1. Colum. B. ſcribit *Wann habe zu Wittenberg vor vielen Jahren her (à tempore libri Concordix) gelehret / das / gleich wie die Gottheit unsers Heylandes allenthalben iſt / alſo auch ſein Leib / und ſeine Menſchheit.* Hoc profectò enorme crimen eſt, & ſi dicere licet, quod res eſt, ſpiſſum mendacium. Neq; Wittebergenses Theologi ſic olim docuerunt, neq; autores, ſive Collectores libri Concordix tale dogma uſpiam vel unquam perſcripſerunt. Attende modò, & expende rectius, quod nunc impræſentiarum controvertatur de *publica doctrinâ in libro Concordix propoſita, declarata & confirmata*, ut & in Apologia ejus, & in conventu Quedlinburg. repetita, uberiusq; expoſita, nec non a ſiniſtris opinionibus, perverſisq; judiciis vindicata. Hæc, inquam, doctrina, quæ exinde in eccleſiis ſcholisq; Wittebergensibus a tempore libri Concordix conſtanter inculcata, & perpetuò tradita fuit, talis non fuit, nec eſt, qualẽ fingit & pingit Calixtus. Probet calūniator, quod tam petulanter in Saxonicos Theologos effutiit, idq; ex publicis docu-

documentis ecclesiarum Saxonicarum commonstret necessum est, si boni viri nomen tenere vult, atq; tueri.

19. Contrarium potius docetur in symbolicis & publicis ecclesiarum Saxonicarum scriptis, quando quidem in illis ejusmodi locutio (*quod Humanitas Christi eo modo sit ubiq;*) ceu erronea rejicitur. Sic enim inquit Theologi Wittebergenses & Saxonici in formula Concordiæ pag. 610. num. 8. Repudiamus & damnamus cum aliis erroribus, cum docetur, quod *humana in Christo natura eo modo, quo est divinitas, ubiq; præsens sit.* Item in solida articulorum controversorum declaratione artic. 8. pag. 786. *Rejicimus, inquit, tanquam erroneum, quod humana Christi natura eo modo sit præsens, ut est divina natura.* Eadem habentur in germanico exemplari libri Concordiæ pag. 246. nec non pag. 314. num. 2. *Wir verwerffen und verdammen als Gottes wort / und unsern einfältigen Christlichen Glauben zu wieder / wann gelehret wird / das die menschliche Natur in Christo auf solche weise / wie die Gottheit / als ein unendlich wesen / allenthalbē gegenwärtig sey.* Similiter in Apologia Formulæ Concordiæ rejicitur illa opinio, qua statuitur, das der Leib Christi allenthalben sey / wie die Gottheit / sicuti, & ibidem prolixè contendunt, edocentq; Theologi orthodoxi, das solch gedicht unserer Kirchen reiner lehre von der Göttlichen Majestät des Menschen Jesu Christi fälschlich zugemessen werde. Eandem protestationem contra criminationes Calvinistarum, aliorumq;, nec non contra Helmstad. Theol. ingeminant Theologi, & Politici in Colloquio Quedlinburgensi An. 1583. Hæc, quaeso, legat Calixtus, & discat rectius, probeq; secum dispiciat, qua conscientia, aut peritiâ contra Wittebergenses Theologos talia effutierit: si ex ignorantia id fecit, crassissima ea ruditas est; si verò legerit librum Concordiæ, & noverit verba ejus modò producta, inexcusabilis malitia & criminatio est. Profectò non sine causa, nec immeritò postulat Hulsemannus in dem Calixtinischen Bewis-

sens

sens Wurm/ut intentatum opprobrium probet Calixtus ?
p. 67. Ist Calixtus ein redlicher Mann/und wil nicht vor aller Welt
für einen böshafften/ freveln verleumbder gehalten seyn/ so erweise er
diese proposition aus der Wittenberger Theologen öffentlichen
Schriften/ seither die Julius Universität gestanden ist/ das man zu
Wittenberg lehre oder gelehret habe: gleich wie die Gottheit unser
Heylandes allenthalben ist/also ist auch sein Leib und seine Menschheit
allenthalben.

20. Similiter inexcusabile crimen, & perversissimum
cavillum est, quando Calixtus in disputationibus suis An.
1611. editis non dubitat Eutychianismum affricare illis,
qui omnipræsentiam & infinitam Majestatem carnis Chri-
sti asserunt, eiq; id omnia divina communicata esse statu-
unt, unde humanitas Christi denominetur omnipræfens,
omnipotens, omniscia, caro vivifica &c. Impudens ca-
lumnia est, quod illi humanitatem Christi intrinsecè fa-
ciant idem cum attributis divinis: Notoria calumnia est,
quod illi humanitati attribuant immensitatem. Sic ve-
ro scriptitat ibid. in disput. 3. thes. 43.

*Manifestum est ab Eutychianismo alienos non esse, quicunq;
divina attributa, quæ reapse idem sunt cum essentia divina
humanitati attribuunt, ita, ut eam in abstracto ab illis deno-
minent, & quatenus talem, intrinsecè cum illis faciant idem,
nominatim, qui immensitatem s. omnipræsentiam carni ad-
scribunt. Nam quorum eadem est omnipræsentia divina, eo-
rum quoq; eadem est essentia, quia horum maxima & simpli-
cissima est identitatis, ut nisi cogitatione separari nullo modo
possint. Sed humanitatis juxta ipsos & divinitatis eadem est
Omnipræsentia. Ergo humanitatis & divinitatis eadem quoq;
est essentia. Hæc Calixtus. Egregiè scilicet Calvinizat, &
palam prodit spiritum Calvinisticum, ut propterea non si-
ne causa jam olim suspectus habitus fuerit calvinismi. O-
mnia illa tela & spicula ex pharetris turbæ Zvvinglianæ &
Calvinianæ desumpta sunt. Et quid? Proscripti Malsij, cu-
jus*

ju s supra thes. 10. mentio facta est, hæresin ab ipsis Helm-
stadiensibus Anno. 1585. damnatam ab orco revocat, eamq;
in scholas & ecclesias inferioris Saxonix, unde explosa
pridem erat, nescio, quo æstro percitus, plenis denuò ve-
lis invehit.

21. Audiatur quæso, & expendatur probè *Formula re-
vocationis*, quam Theologi Helmstadienses & Brunsvi-
censes calvinizanti Malsio proposuerunt. Sic illa sonat.
Ich gelobe dem Allmächtigen Gott / E. J. G. und der ganzen gemet-
ne Gottes / das ich mich hinfüro mit hülff und beystand des Heylt-
gen Geistes will für aller Calvinischen Gottlosen schwermeren und
lästerung hüten und fürsehen / und wil nicht anders lehren / reden /
schreiben und ratzen / denn was Gottes Heiligen wort / mit der
Augsburgischen Confession Anno 1530. Carolo V. dem Röm. Key-
ser zu Augspurg übergeben / in welcher die Zwinglianer mit diesen
worten ausgefetzt und verdammet worden. Et improbant secus
docentes, auch mit dem Schmalkaldischen Artickeln und E. J. G.
wohlgegründeten Kirchen-ordnung / Corpore Doctrinæ und
Formula Concordiæ übereinstimmet / darzu verleihemir Gott
der Allmächtige seinen Heiligen Geist. Præterea Professores A-
cademiæ Juliæ D. Tilemannus Heshufius, Daniel Hoff-
mann / Basilius Sattler & Henricus Boethius, in literis An-
1585. d. 17. April. sic scribunt: Er Malsius habe sich erstlich hin
und her gewunden / endlich aber die Formulam Concordiæ in
den beyden Artickeln de persona Christi & Cæna Domini in
Thesi & Anthesi von der Person Christi und Heiligen Abend-
mahl durch aus approbirt, und sich erbotten zu unterschreiben. & Pau-
lo post. Malsius sagt ungeschent: Er wolle die Revocation darumb
nicht annehmen / damit Er nicht daß / was von uns verfochten wird /
approbire und den gegentheil verdamme. Nun hatt daß statliche
Generale Consistorium daß / so wir verfochten E. J. G.
Kirchen-ordnung / Corpori doctrinæ und Formulæ Concor-
diæ gemess erkennen: Unsere Widersacher sind die öffentlichen Sa-
cramentierer / Beza / die Bremische Schwermer / und andere Cal-
vinisten.

vinisten. Daß heist ja nun einmahl rein gebeycht / nemlich Er / Mal-
stus will seine Lehr nicht wiederruffen / damit Er nicht approbare
E. J. Gn. Belântais / und die Calvinisten verdamme. Das werden
E. J. Gn. Käthe / sie hangen auch an / welchen Theil sie wollen /
wohl verstehen / zu förderst aber / werden E. J. G. solches wohl mer-
cken / und nunmehr spühren / das Malsio / auch jedem nicht zutrauen
sein will. uti recenset, & notatq; Wellerus in der andern Prob
Calixtinisch. wiederholten Verantwortung. Producitur ibidem
& recitatur confessio Malsii, quam edere tandem adactus
fuit. Sic ille confitetur. Von der Majestät der Menschlichen
Natur unsers Herren Christi / glaube ich / daß dieselbe nicht allein
mit hohen Himlischen unaussprechlichen Gaben geschmücket / son-
dern auch in diese Ehre gesetzt / und zu der Herrligkeit erhoben sey /
das daß Fleisch und Blut Christi uns lebendig machet / und von
Sünden reiniget / und Er / Christus aber unser Mittler / Priester
und König / auch nach seiner Menschlichen Natur zur rechten Göt-
tes sitzet / und alda gewalt hatt und übet / im Himmel und Erden /
und von Menschen und Engeln angebetet wird / und zum Richter ü-
ber Tod und Lebendige geordnet / und für und für auch nach seiner
Menschheit an allen orten und enden ist / und alles kan / vermag /
thut / schafft / wircket / leistet / schencket und giebt / wenn / wo / was /
und wie die Schrift sager / das er es sein / thun / schaffen / wircken /
leisten / schencken / und geben wolle / *Salvis & inconfusis naturis
& naturarum proprietatibus. Plura legantur est in der an-
dern Prob D. Welleri p. 12. & seqq. num. 9. 10. &c.*

22. Manifestò constat inde, quod & Academia Julia
purior olim, & ecclesiæ inferioris Saxoniae Brunsvvicenses,
Wülffenbutellenses &c. non tantum asseruerint, credi-
derint, sanctè tenuerint, & approbaverint doctrinam (in
Form: Concord: explicatam) de Majestate & omnipræ-
sentia carnis Christi, sed & contrariam Calvinistarum do-
ctrinam seyerè improbaverint, rejecerint, atq; dam-
naverint: Quin & seriò postulaverint, ut blasphema illa
Calvinistarum doctrina, contra Majestatem carnis Chri-
sti, in Antithesi palam redargueretur, & damnaretur.

C

23. Hæc

23. Hæc, inquam, vetus doctrina fuit purioris Academiæ Helmstadenſis, quam cum Calixtus non deſerat modo & ſugillet, ſed & immani auſu traducere ac Eutychniſmi arguere non dubitet, apparet fanè, quod ille aliam *novam*, & olim damnatam fidem occeperit, hodieq; trada, adeoq; peſſimus ſit novator.

24. Videat verò ipſe, ac probè diſpiciat ſecum, quâ ſcientiâ, quâ conſcientia ſuos antecellentes, & integras eccleſias Saxonica Eutychniſmi, damnatæ hæreſeos, tam petulanter poſtulare conſtituerit. Execranda & pergrandis illa injuria eſt in omnes Eccleſias Brunſvicenſes, Lüneburgenſes, omneſq; verè ac *γνησίως* Lutheranas. Doctrina de Majeſtate carnis Chriſti nequaquam favet. Eutychniſmo, & omninò alieni ſunt ab hæreſi Eutychniſmi, qui ex ſcripturis divinis, & ex antiquitate Eccleſiaſtica, in ſenſu Eccleſiæ Catholice, humanitati, ſeu Carni Chriſti, attribuunt attributa divina. Potiori jure liceret aſſerere, à *Nestorianiſmo* alienos non eſſe, qui negant infinitam Chriſti Majeſtatem, & humanitati Chriſti, in qua tota plenitudo Deitatis habitat *σωματικῶς* Col. II. v. 9. denegant attributa divina. Sicut enim illi Calvinianorum chorda oberrant, omnemq; realem idiomatum divinarum communicationem negant, ſic quoq; eo ipſo & ipſius *ὁμοουſίου* divinæ communicationem evertunt, & unitatem perſonæ *συδιέτης* Chriſti tollunt, nec non totum Redemptionis opus ſubvertunt penitus.

25. Certum omninò eſt, ac ſalva fide negati non poſteſt, quod filius Dei propter nos & propter ſalutem noſtram de celo, quodq; propterea carnis & ſanguinis particeps factuſ fuerit, & ideò humanam naturam in ſuam divinam *ὁμοίωſιν* ad ſumferit, ut in ea, & per eam opera Redemptionis exequi poſſet. Heb. II. v. 14 15. 16. Gal. IV. v. 4. 5. Placuit Deo Patri, ut in Chriſto omniſ
pleni

plenitudo inhabitaret, ut per sanguinem eius omnia reconcilarentur, & in corpore carnis omnia sanctificarentur *Col. I. v. 19. 20. 22.* Notanter dicitur de corpore, & carne Christi, in qua tota plenitudo Deitatis habitat corporaliter *Col. II. v. 9.* ideò nimirum ut opus Redemptionis peragi & perfici possit. Sic instaurata sunt omnia in corpore carnis *Coll. I. v. 19. 20. 22. Ephes. II. v. 16.* Sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi *Heb. X. v. 10.* In quo & peccata nostra portavit, *1. Petr. II. v. 24.* sicq; illud pro nobis traditum est *Luc. XXII. v. 19.* Eadem ratione animam quoq; suam pro nobis dedit *1. Job. III. v. 16.* ut sic animas hominum salvaret. *Luc. IX. v. 5. 6.* Sanguine Christi redempti sumus *1. Pet. I. v. 19. Apoc. V. v. 9.* abluti per sanguinem eius *Apoc. I. v. 5.* ita ut filii Dei sanguis nos emundet ab omni peccato *1. Job. I. v. 7.* Rectè S. Athanasius orat. IV. contra Arianos pag. 244. *Corporaliter habitat divinitas in carne, qua verba idem valent, ac si dicas, cum Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, eoq; utens, ut organo, homo factus est propter nos, ideò & ea opera, qua sunt propria Verbi, utpote mortuos excitare, cecis visum restituere, hamor rhusam sanare, omninò & corporis ministerio peragebantur, illa Opera in carne fiebant, quia caro illa erat corpus Dei. Nisi enim opera Deitatis verbi per corpus patrata fuissent, nunquam homo Deificatus esset.* Ecce habitaculum Deitatis est caro Christi, quam deificat, & per quam efficax est in divinis operibus. Sic etiam Cyrillus lib. X. Thesauri cap. VII. *paulatim natura nostra manifestabatur sic, ut instrumentum esset deitatis, qua habitavit in ipsa.* Unde catholica Christi ecclesia constanter docet, divinam naturam filii Dei suas divinas operationes communicare assumptæ naturæ. Cyrillus de incarnatione unigeniti cap. VII. *ἀίγιος & communes facit cum sua carne divina Majestatis operationes, ut tactu mortuos vivificet, leprosos sanet, cecos illuminet, & reliqua*

miracula edat: Itemq; addit: inde carnem Christi cooperari divina natura, divinas edere operationes, vivificare, & quidem per gratiam unionis factam esse cooperatricem. Idem porrò inculcat Cyrillus lib. IV. Johann. cap. XXIII. Quamvis, inquit, natura carnis, ut caro est, vivificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam verbi operationem suscipit, & quia ipsius vite, & salvatoris nostri Jesu Christi corpus est, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere hoc potest. Inde nimirum corpus Christi habet virtutem vivificandi, ut h. l. subdit S. Cyrillus. Item lib. III. cap. XXXVII. scribit: & virtutem incarnati verbi retinet; & plenum est potestate illius, quo universa & vivunt & sunt. Quocirca cum Concilio Ephesino Anathemate XI. omninò pronunciandum & concludendum est, si quis non confitetur, carnem Christi vivificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta vivificare valentis, anathema sit.

26. Hæc, inquam, certissima sunt, & salva fide negari non possunt. Sed & hoc de fide certissimum est, quod propterea filius hominis, ad opera Mediatoria & redemptoria perficenda, sit unctus virtute divinâ, dotatus & locupletatus potestate ac Majestate divina, & quidem secundum carnem seu humanam ejus naturam Act. X. v. 38. Ps. 45. v. 8. Job. III. v. 4. 35. Es. LXI. v. 1. 2. Luc. IV v. 18. ita ut super eum, quatenus est germen Davidis, requiescat spiritus Jehova, spiritus sapientia & intelligentia, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia & timoris Jehova Es. XI. v. 2. & ideò quidem facta ejusmodi unctio est, ut nos ex ejus plenitudine hauriamus, & accipiamus gratiam & vitam æternam. Job. I. v. 16. Vocatur communicatio unctio. Sic unctus est homo Christus in sacerdotem, in Prophetam, & Regem, ad exequenda & perficienda opera officij mediatorij, quæ ut per carnem peragenda erant, atq; peregit Christus, sic quoq; caro ejus inuncta, & dotata fuit potestate

state Mediatoriâ, quæ utiq; verè divina & infinita est. Egregie ac notanter hanc in rem scribit S. Damascenus lib. 3. de Orthod: fide cap. 5. *ipse (Christus) seipsum unxit, ungens quidem, ut Deus, suâ Deitate corpus, unctus autem, ut homo.* En notâter ait, quod *corpus Christi* sit unctum, & quidem non donis tantum creatis aut habitualibus, ut Calvinitæ commentantur, sed *ipsâ Deitate, divinâ virtute.* Sic & lib. 4. cap. 6. *uncta est caro divinitate.* Quod ipsum porrò clarius jam olim docuerat S. Athanasius, qui addit insuper. Cur, & quem in finem facta sit illa unctio Orat. 2. contra Arrian: *Assumpta, inquit, caro ab eo & in eo inungitur & sanctificatur, ut sanctificatio, quæ in dominum, ut in hominem infertur, in homines deinde ab eo dimanaret.* Item S. Ambros. in cap. 2. Ebr: *Hanc benedictionem supra omne genus humanum, agnoscitur accepisse, ut unctus singulariter cæteros ungat, in illo enim fons benedictionis, prout ipsi visum fuerit, per universos electos competenter emanet.* Quocirca statuendum omninò est, ac pronuntiandum cum Eusebio Emiffen. in homil. quadragesim post Domin. passion. *Judei Christum neq; Deum, neq; spiritus S. gratia unctum esse credunt, nos autem etiam secundum humanitatem omni virtute & gratia plenum esse confitemur.* Quæ certè unctio est realisima, divinæ potentiae donatio, ut agnoscit, docetq; Philip. Melancht. in disposit. Psal. 45. Disertè enim ait: *Christus est unctus: id est, ordinatus ad ministerium, & donatus divina potentia, NB. & spiritu sancto,*

Hæc, qui negant, illi profectò à Nestorianismo alieni non sunt, & totum Redemptionis opus in discrimen vocant, diruntq; penitus.

27. Jam audiatur Calixtus. Sic ille *in judicio de Controversiis inter Lutheranos & Calvinistas num: 27.* audacter scribit: *proprietates divine de humanitate Christi enunciari*

nō possunt, saltem secundum extrinsecam denominationē enun-
cientur. Quid ais Calixte? Ergone propria filii Dei hypo-
stasis non nisi extrinsecè tribuitur humanæ naturæ Chri-
sti? Ergone adsumptio humanitatis in personam filij Dei,
& εἰς τὴν θεότητα, in Deitatem, ut loquitur S. Athanasius
in Symbolo, non nisi extrinseca est? Ergone unctio, Dei-
ficatio, & vivificatio carnis Christi non nisi extrinseca est?
Reclamat, & Calixto apertè contradicit Apostolus Col.
II. v. 9. *Tota*, inquit, *plenitudo Deitatis, τῶν πλῆρωμα θεο-
τητος, habitat in homine Christo, σωματικῶς.* Quæ utiq;
κατοικησις intima est, non extrinseca, non Nestoriana. Re-
ctè Cyrillus in Epistola synodica: *verbum in assumpta natu-
ra talem sibi habitationem fecit: qualem & anima hominis ha-
bere creditur ad proprium corpus.* At vero anima sua unio-
ne totum corpus undiquaq; permeat, indeq; suas proprias
facultates, & vires, membris Corporeis communicat, &
per ea operatur, ut eruditè docet S. Athanas. dial. 5. de Tri-
nitate. Cyrill. de Incarnat. Unigeniti &c. Reclamat, & Calix-
to disertè contradicit universa ecclesia Catholica, & an-
tiquitas ecclesiastica, quæ emphaticè ac constanter incul-
cat Deificationem carnis Christi, ejusq; vivificationem,
& plenissimam unctiōē, quā verè Deificata est, uncta di-
vina virtute, & dicitur θεοθεσία, indeq; verè vivifica, est,
per divinam virtutem vivificam, quia verbi, λόγος, filij Dei,
cuncta vivificare valentis propria facta est, ut sancit Con-
cil: Ephes: Audiamus rursus S. Cyrill: Alexandr: è lib. 4.
in Johann. cap. 23. *Si mel*, inquit, *cum naturaliter dulce sit,*
ea dulcia facit, quibus immiscetur, nonne stultum erit, vivi-
ficam verbi naturam putare non dedisse homini, in quo habi-
tat, vivificandi virtutem? Item, *quoniam cum vivificante*
verbo conjuncta est caro, tota est effecta vivifica. Notanter
& egregiè scribit Theophylactus super Luc. cap. 5. *Indica-*
bo, quod sanctæ Christi caro divinam habeat virtutem, & pu-
rificet

rificet & vivificet. Sic homo Christus habet potestatem ponendi animam suam, & resumendi. *Job. X. v. 18. cap. II. v. 19.* habet universalem potestatem judicandi, quatenus filius hominis est *Job. V. v. 27.* Reclamat & Calixto severe ac vehementer contradicit universus sanctorum Patrum, & ecclesiae Doctorum Chorus, qui unanimi Consensu inculcat *Majestatem Carnis Christi*, & *Communicationem* priorum divinorum: qua nempe humanae naturae Christi in hypostasi filii Dei adsumptae, communicata est verè divina potestas & Majestas. Quae passim vocatur *μετάδοσις, ἢ μεταχρησις* *Seias doēns* communicatio, largitio & participatio divinae gloriae, collatio divinae potestatis, donatio dignitatis & potestatis divinae, acceptio aeternae claritatis, profectio in propriam Deitatis plenitudinem propter unionem, uti alibi, praesertim in collegio secundo anti-Calviniano, dissertat. 8. & 9. ex universa antiquitate ecclesiastica prolixissime, ac luculenter edocuiimus. Conferatur *S. Ignatius in Epist. ad Trall. & Smirneses*, *Justinus martyr*, iive auctor libri de Expositione fidei, *S. Irenaeus lib. 3. cap. 10.* *S. Tertullianus lib. de Trinitate. & de Carne Christi.* *Origenes lib. 2. de principiis.* *Cyprianus in serm. de ascension.* *Eusebius Caesariens. lib. 4. demonstrat. Evang. cap. 13. & 14.* *Athanasius in Epist. ad Epictet. Orat. 2. & 4. advers. Arianos*, *Hilarius lib. 3. de Trinitate*, *Naxianzen. orat. 2. de filio Dei.* *Epiphan. lib. 1. de adventu Christi*, *Ambrosius in comment. sup. Lucam*, ad cap. 1. *Gregor. Nysenus in dialog. 2.* *Augustin. Cyrill. d. 1. & c.*

28. Notatu dignissimum est, & huc insigniter facit, quod Basil. Magnus in sermone de Nativitate Christi disertis verbis perscribit, & erudite docet: *verbum*, inquit, *corporis debilitate non est impletum, sed sicut ignis ferri proprietates non transsumit (nigrum est ferrum, & frigidum) sed tamē ignitum ignis formam induit & ipsum illustratur & sale-*

calefit, non nigrefaciens ignem, & ipsum inflammatur, non
 frigefaciens flammam.) Sic etiam humana Domini caro ipsa fa-
 cta est particeps Deitatis, non suam propriam tradidit Deitati
 imbecillitatem. Item Quomodo Deitas est in carne? sicut i-
 gnis in ferro, ἢ μεταβατικῶς, ἀλλὰ μεταδοτικῶς, non transiti-
 ve, sed communicativè: Non enim excurrit ignis in ferrum,
 sed manens in suo loco, μεταδιδωδὶν αὐτῷ τῆς οὐκείας δυναμείας
 communicat ipsi suam propriam facultatem, nec communica-
 tione illa fit minor, sed seipso illud totum replet, quod parti-
 ceps est ignis. Ecquid clarius, quid significantius dici po-
 tuisset pro communicatione priorum. Disertis ver-
 bis eloquitur Basilius, ignem sua propria communicare fer-
 ro, & non contra ferrum sua reddere igni, utpote ignis
 non fit frigidus, aut niger, propter unionem cum ferro,
 interim ferrum redditur calidum & splendidum propter
 ignitum ignem. Notanter inquit, Deitas est in carne, non
 per otiosam inhabitationem, sed sicut ignis in ferro μετα-
 δοτικῶς, communicativè, quâ ratione suam ei impertitur
 divinam virtutem, ut caro Christi fiat particeps Deitatis. Cla-
 riora hæc sunt, quàm quæ ullis stropharum umbris, ne-
 bulis aut tenebris obfuscari queant. Similiter differit Cy-
 rillus Alexandria lib. 2. in Joh. cap. 15. & dictum illud Chri-
 sti, dedisti ei potestatem omnis carnis, sic interpretatur: om-
 nia possidet ut Deus, omnia recipit, ut homo, item c. 73. ibid.
 ad verba textus: pater diligit filium, & omnia dedit in ma-
 num ejus, sic commentatur: quando, inquit, ut homo
 accipere illa videtur, quæ habuit, & semper habet, ut Deus,
 non conturbemur, sed dispensationis memores absq; detrimen-
 to integram mentem nostram conservemus. Et hæc pia, sa-
 na, constansq; doctrina est ecclesiarum scholarumq; Saxo-
 nicarum de Majestate carnis Christi.

29. Frivola sunt & inepta, quæ Calvinistæ, jesuitæ, eo-
 rumq; assentator, Calixtus, contra ogganiunt. Scilicet
 egre

egregia sophistæ argumentatio est, *attributa divina sunt reapse idem cum essentia divina*. Ergo perperam attribuuntur humanitati Christi. At regero ego, edicoq;: *etiam hypostasis filij Dei est reapse idem cum essentia divina*. Ergone illa perperam attribuitur carni Christi? En hominem senem Theologum! quam bellè disputet. Protrahamus hominem è latebris. Fiat argumentum. Sic erit major, sive propositio prima:

Quicquid reapse idem est cum essentia divina, id perperam (hæreticè, seu more Euthychianorum) attribuitur humanitati Christi.

Subsumo ego: *At qui hypostasis filij Dei est reipsa idem cum essentia divina*. Ergone ea perperam (hæreticè, seu Euthychiano more) tribuitur humanitati Christi? Ergone ea non subsistit in ὡς αὐτὸς filii Dei, nec particeps facta est subsistentiæ diuinæ? Ergone nec unā personam constituit cum persona filii Dei? Hem quorsum ruat Sophista. Sed hæc Nestorii & Calvinistarum deliria sunt, offutiæ & ineptiæ jam dudum protritæ, & è Scholis orthodoxorum explosæ.

30. Cæterum, quod de *abstracto* ingerit, id verò accipiendum rectius est, atq; explicandum exactius. Jam olim illa locutio (*Humanitas Christi est omnipotens, vivifica*) ab orthodoxis Theologis usurpata fuit, & decisa in conventu Herzbergensi An. 1578. Miror ego, quod Calixtus tam audacter, tam procaciter disputet cōtra communem & receptissimam ecclesiarum Saxonicarum doctrinam, etiam Helmstadii olim usitatam, nec non ab ipso Heshusio propugnata. Nempe scripserat Theologiæ Profes. Helmstadiensis: *Humanitatem Christi esse omnipotentem, sive carnem Christi unitam λόγῳ ἔ in hypostatica unione cum divina natura esse omnipotentem, vivificam, adorandam*. Quas loquutiones sugillare ac pervertere cæpit D. Wigandus, indeq; eo super loquendi genere in Brusia ingens lis & vehementis

D

hemens

hemens contentio orta est atq; agitata. Sed sopita post modum, & tota hæc controversia explicata rectius & expedita fuit à Theologis Electoralibus, Jacobo Andrea. D. Nicolao Selneccero. D. Andrea Musculo. D. Christophoro Cornero, D. Martino Chemnitio, & c. Herzbergæ congregatis, qui ad Principem Brusiæ scribunt die 25. August: 1578. illam locutionem esse oppositam Calvinianis, non nisi verbalem idioma- tum communicationem statuentibus, eamq; propterea retinendam esse, ut majestas carnis Christi contra ejus hostes eò fortius adstrui queat: Et hoc quidem, scribunt porro, quod rem ipsam attinet, non negari à Wigando, sed potius consensum esse in rei veritate, disensum duntaxat esse in modo loquendi, Denn/inquiunt, sie (Heshusius & VVigandus) zu beyden theilen von der Göttlichen Majestät des Menschlichen Christi / zu welcher Christus nach seiner Menschlichen Natur zur rechten der Allmächtigen Krafft Gottes erhöhet / vermög Gottes worts / und nach anleitung unsers einfältigen Christlichen Glaubens einhellig gläuben / lehren / und bekennen / das Christus nach seiner angenommenen Menschheit nicht allein den Titel und Nahmen der Allmächtigkeit erlanget / wie die heimliche und öffentliche Sacramentierer fälschlich lehren / sondern wahrhafftig und mit der that in die Allmächtige Majestät und Krafft Gottes eingesetzt / die Gottes eigen ist / und demnach durch die persönliche vereinigung wahrhafftig Allmächtig worden / die Allmächtige Krafft hat / lebendig zu machen / und derhalben in der Person des Sohnes Gottes anzubeten sey. Durch welche bekänntniß nicht allein den Sacramentierern der beste Grund ihres Irthumbs wiederleget und umbgestossen / sondern auch die Christen / den höchsten und besten Trost behalten / den sie an dem HERRN Christo / als ihren Bruder in allen ihren höchsten anfechtungen haben. Item pag. seq: 749. den Heshusius will mit dieser Rede mehr nicht / denn so viel sagen / das man ja nicht allein reden möge / der Mensch Christus ist Allmächtig / sondern daß man auch sagen könne / daß Fleisch Christi ist Allmächtig / welches nicht allein nach den alten gebrauch der Christlichen Kirchen recht geredet / sondern auch sich in der warheit also halte / das Christi Fleisch nicht nur den Nahmen der Allmächtigkeit Gottes erlanget habe (wie die heim-

heimliche und öffentliche Calvinianer Gottes lästerlich lehren' son-
dern in dieselbige durch die Persönliche vereinigung mit der that und
warheit eingesezt worden sey. Et porro ibid; pag. 750. die erklä-
rung ist so lauter und verständlich gesezt / daraus männiglich sehen
kan / das es dem Heshusio wieder die Sacramentierer nicht umb die
phrasin und modum loquendi per vocabula abstracta, sondern
umb die lehre selbst / vornemlich zuthun gewesen. Weil die Sa-
cramentierer nicht allein die reden straffen / wenn gesaget wird / caro
Christi est omnipotens &c. sondern sie verdammen die lehre selbst /
da wir bekennen / das Christi Fleisch / das ist / seine Menschliche Na-
tur zur rechten der Allmächtigen Krafft Gottes gesezt / und der
Allmächtigkeit Gottes theilhaftig worden sey. Das nun D. Hes-
husius diesen betrug der Sacramentierer anzeigt / den sie unter dem
wort (concretum) verborgen / und dargegen durch die appellation
oder vocabula abstracta die Sacramentierer treibet / und sie über-
weist / das die alten lehrer nicht allein diese weiße zu reden geführet /
Christus est omnipotens, sondern auch diese: caro Christi
est omnipotens, vivifica, adoranda - deswegen ist Er zu lo-
ben / und solten ihn billich seine wort nicht in einen andern und wie-
derwertigen verstand gezogen werden.

Thef. XXVIII. Hæc origo controversiæ est de *Concre-
to & abstracto*, quæ hodieq; inter orthodoxos & Calvi-
nianos quam maximè gliscit & agitatur. Hic rhodus! hic
saltus! Huc sua Calixtus spicula vibret necessum est, nisi
more Andabatarum disputare gestiat. Sed videat & agno-
scat, quorum causam suscipiat, agatq;, & quos tam info-
lenter ac imperitè oppugnet. Blennus & stupidus nisi fue-
rit, animadvertet procul dubio, se hac tota in causa Cal-
vinismo patrocinari, sanam, verè piam & orthodoxam
Juliae Academiae, ecclesiarumq; Saxonicarum, doctrinam
impugnare. Sed hanc rem alibi enodabimus. Nunc suffi-
ciat indicasse originem controversiæ, ejusq; explicatio-
nem & decisionem factam in conventu Herzbergensi.

31 Aliàs ignotum non est, quomodo ecclesia Catho-
lica perpetuò astruxerit majestatem carnis Christi, ut eam

nō tantum de concreto filii hominis, sed etiam de abstracto, de carne ac humanitate Christi, constanter asseruerit.

Certè in concilio Ephesino *caro Christi* denominatur *vivifica*, & damnantur, qui negant, eam esse vivificatricem. Sic enim orthodoxi Patres in Symbolo suo Can: II. loquuntur: *si quis non confitetur, carnem Domini vivificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta vivificare valentis, anathema sit.* Notanter loquuntur in abstracto de *carne* sive humanitate Christi, eamq; sic denominant *vivificam*, per communicatam potentiam verbi cuncta vivificare valentis, sive per omnipotentiam filii Dei. Eodem & non alio sensu nos dicimus, *humanam Christi naturam esse omnipotentem*, habere virtutem verè divinam, quâ & miracula edidit, & opera redemptionis perfecit, regnum satanæ destruxit, & sibi omnia subiecit.

32. Quid vero hoc est Calixte, quando garris attributa divina Humanitati Christi *attribuunt, ita ut eam, quatenus talem intrinsecè cum illis idem faciant.* Hoc profectò grande nimis crimen est, & calumniosum cavillum, sicut & illud, quod sequitur, *Et nominatim qui immensitatem seu omnipræsentiam carni adscribunt.* Dic sodes, quinam sunt illi, qui humanitatem Christi, *quatenus talem intrinsecè faciant idem cum attributis divinis, eiq; attribuunt immensitatem?* ubi est Fides tua? Calixte ubi conscientia tua? quis nostratum id uspiam vel unquã fecit vel docuit. Sed & ostendas atq; ediseras velim, quomodo illud ex doctrina eorum, qui humanitati Christi attribuunt divina idiomata, extorquere velis. Calumniare audacter, semper aliquid hæret. Atrocem injuriam facis illis, qui *omnipræsentiam* carni Christi adscribunt. Nequaquam illi ei adscribunt *immensitatem*, uti tu quidem malitiosè cavillaris. Pessimè confundis immensitatem & omnipræsentiam. Quæ uti distincta Dei attributa sunt, ita simpliciter idem non sunt, id quod perquam notum est, &

egregiè docent demonstrantq; Theologi Saxonici in solida decisione, ejusq; apologia. Audiatur Calixtus & discat, rectius, quid sit presentia & omnipresentia seu, quomodo ea distinguatur ab immensitate. Sic in scholastic. Theologia in rem nostram scribunt, docentq; eruditi: *Attributum immensitatis Deo necessario & ab aeterno convenit: Predicatum verò omnipresentia sive ubiuitatis actualis absolutè loquendo, liberè & solum ex tempore.* Ita Sanctus Thomas in 1. distinct. 37. q. 2. art. 3. Alensis 1. p. quest. 9. num. 4. Albert. dist. 37. art. 4. Bonaventura dist. 37. 1. P. artic. 2. quest. 2. Aegidius quest. 3. Argentina quest. 1. art. 1. Gabriel. quest. unica artic. 3. Suarez 1. p. lib. 2. cap. 2. num. 5. Vasquez 1. p. quest. 8. artic. 4. Probat & declaratur. Quia immensitas in Deo dicitur quasi actum primum, hoc est, vim existendi infinitam in ordine ad res & loca alia; ita ut formaliter & ultimè in divina existentia significet negationem termini seu terminabilitatis, ex parte loci, seu rerum, in quibus Deus existit, aut existere potest: quocirco formaliter non includit coexistentiam creaturæ.

At verò omnipresentia & ubiuitas dicitur aliquid positivum, & quidem quasi actum secundum sive actualem presentiam Deo in rebus & locis omnibus ex immensitate ortam (nempe uti Deo convenit, ejusq; attributum proprium est,) quo fit, ut existentia Deo formaliter superaddat, non quidem modum aliquem intrinsecum ipsius ubi, uti in rebus creatis accidit: aut quicquam omninò reale intrinsecum Deo; sed certè tamen denominationem extrinsecam, sive relationem rationis ex eo ortam, quod simul cum Deo coexistunt res aliæ creatæ: quæ, quia simpliciter non esse potuissent, fit, ut hoc predicatum formaliter & completè acceptum in Deo sit liberum, & ex tempore Deo conveniens, non necessario & ab aeterno: & et si fundamentaliter dici possit necessarium; quia nimirum Deus vi immensitatis suæ tantam in existendo perfectionem habet, ut contradictionem implicet, eum non intimè presentem esse rebus &

locis omnibus, posita existentia eorundem: Sicut absolute liberum erat Deo, cognoscere existentiam creaturarum. At hac tamen supposita, necessario eam cognoscit; quia, si non cognosceret, jam terminata & finita foret ejus scientia.

33. Hinc passim & communiter docent disputantq; orthodoxi Theologi, immensitatem esse attributum Dei essentielle absolutum, negativum, internum, & ἀνεργητικόν: Omnipræsentiam verò esse attributum Dei relativum, affirmativum, externum & ἐνεργητικόν, quo Deus sic est in omnibus, ut in ipso sint omnia, & ab ipso omnia contineantur, sustineantur, impleantur, moveantur. Attende rectius, de præsentia Dei in creaturis omnibus nunc loquimur, & disputamus. Hæc certè, ac in hoc respectu accepta, formaliter non est ipsa immensitas, quin nec hæc illius fundamentum adæquatum est, aut simpliciter proximum, sed accedat necessum est externus Dei actus, quo producit, implet, & continet omnia. Nimirum adesse dicitur Deus suis creaturis, tanquam creator, conservator, gubernator & motor omnium, tanquam causa omnium, agens & continens, ut eruditè disputat Thomas part. 1. sum. quæst. 8. Non igitur per nudam *παρουσίαν* (quæ & ipsa tamen ad extra terminatur, nempe ad objectum, cui præsens est Deus,) sed per immediatum quoq; & directum influxum præsens est, ita, ut præsentia ejus semper externum actum & efficacem operationem complectatur. Quod ut de gradibus præsentia divinae, de particulari, gratiosa & gloriosa, notissimum est atq; exploratum satis, ita de universali quoq; negari non potest. Ea enim est repletiva omnium juxta tritissimum illud: Deus est ubiq; repletivè. Item: *Enter, præsender, Deus hic & ubiq; potenter.*

Sic Dominus ipse universam suam præsentiam ex eo asseverat, quia implet coelum & terram *Jer. 23. v. 24.* sic *Act. 17. v. 27. 28.* dicit Apostolus: Deum non abesse ab unoquoq; nostrum

nostrum, quia in ipso vivimus, movemur & sumus: in ipso omnia consistunt Col. 1. v. 17. Recte Thomas docet, Deum esse in omnibus rebus, *ut causam omnium*, sicut agens adest ei, in quod agit: ita Deus est in omnibus, *ut causans omnium esse*, scribit *quest. 8. art. 1.* Item Deus est in rebus, sicut continens res, & *art. 2. ibid.* sic Deus est in omnibus rebus, ut dans eis esse, & virtutem & operationem. Sic enim est in omni loco, ut dans eis esse & virtutem locativam. Item per hoc replet omnia loca, quod dat esse omnibus locatis, quæ replet omnia loca. Hæcine Calixtus, tantus Vir, ignorat? Pueri & tyrones Theologiæ norunt distincta Dei attributa esse immensitatem & omnipræsentiam. Decumanus profectò error est, quando scribit Calixtus, *immensitatem sive omnipræsentiam &c.* Hic ego verba Calixti ingeminare possem, eaq; optimo jure retorquere liceret in calumniatorem ex vasto volumine der *Wiederlegung* num. 32. das Calixtus grobe Fehler und Irrthumb begehe / und es übler treffe / als wohl ein Knabe in der Schulen thun würde Sed nolo par pari referre. num. 37. Er sehe zu das Er mit seinen vielen albern und Kindischen erratis dergleichen einem primaner in einer zimlichen Schulen nicht würde zu gute gehalten werden / der löblichen Universität keinen schimpff zu ziehe &c. Solche Schmah wort schicke ich dem Calixto / vermittelst einer rechtmässigen retorsion wieder anheim / worzu Er selbst anlaß gegeben / und vorgänger gewesen. Sed transeant scommata, & faceffant hinc convitia.

34. Causam ipsam pensemus arctius. Sic argumentatur Calvinistarum Simia:

Quorum eadem est omnipræsentia divina, eorum quoq; eadem est essentia, quia horum maxima & simplicissima est identitas, ut nisi cogitatione separari nullo modo possint. Sed humanitatis juxta ipsos & divinitatis eadem est omnipræsentia. Ergo humanitatis & divinitatis eadem quoq; est essentia. Ita ille Calvinistarum tibias inflat, quorum per-

perpetua cantilena, & coccyfenus est illud sophisma. Sed miror ego, argutulum disputatorem non animadvertere, sic universam doctrinam de reali idiomatum communicatione in persona Christi, totumq; adeo unionis personalis mysterium convelli, ac subverti penitus, nec non Nestorianam hæresin stabiliri. Parilin. ratione concludi posset: *quorum eadem est hypostasis, sive eadem subsistentia divina, eorum quoq; est eadem essentia: quia horum maxima & simplicissima, est identitas, ut nisi cogitatione separari nullo modo possint.* Sed humanitatis & divinitatis eadem est hypostasis, sive divina subsistentia eadem. Ergo humanitatis & divinitatis eadem quoq; est essentia. Conclusio manifestò falsa est, & impia. Ergo vel major vel minor propositio falsa erit. Non minor. Ergo major, quæ deducitur ex argumento Calixtino, quod propterea vitiosum sit atq; erroneum necesse est.

35. Observes itaq; majorem propositionem, ejusq; rationem in argumento Calixtino non esse simpliciter veram, id quod porro ostenditur per instantiam:

Totius personæ Christi, seu filii Dei, & filii hominis in persona Christi, est eadem omnipresentia. Ergone eadem quoq; est eorum essentia, eadem natura? Non utiq;. Falsa igitur est illa propositio. *Quorum eadem est omnipresentia, eorum eadem quoq; est essentia.* Hæc, inquam, propositio simpliciter vera non est. Ratio addita id non evincit, cujus gratia adhibetur. Certè *in Deo simpliciter idem sunt essentia & persona divina.* Non tamen sequitur: eadem est essentia Dei patris & filii. Ergo *eadem quoq; est persona.* Quare captivemus oportet rationem in obsequium fidei, ut Apostolus commonet. 2. Cor. X. v. 4. 5.

36. Cæterum cavillatur Calixtus in hypothese, & minore propositione de *eadem Divinitatis & humanitatis omnipresentia*, quam de eodem omnipresentiæ modo inter-

interpretatur, & eò extendit, ut perversissimè statuatur, *car-*
nem Christi, ex mente & sententia Theologorum Witte-
bergenfium, *esse ubiq;*, *uti est divinitas*. At vero quam e-
normiter in eo erret, supra satis superq; edocuimus. Non
sic loquimur, nec ita sentimus. Sed & porrò sophisticatur
Calixtus, ac perversè accipit illam locutionem, *est eadem*
omnipræsentia divinitatis & humanitatis, eamq; perperam
imponit scholis, ecclesijsq; Wittenbergensibus. Neq; e-
nim ita simpliciter loquimur, nec simpliciter dicimus,
eandem esse omnipræsentiã diversarum naturarum, sed po-
tius ita loquimur: *omnipræsentiã, quæ est filij Dei propria, il-*
la ipsa communicata est carni in hypostasin divinam assumptã,
seu ejus particeps facta est humanitas in unitate personæ
Christi subsistens: ea, puta, ratione, ac modo, quo Chri-
stus petit glorificari eã gloria, quam habuit ab æterno. *Job*
XVII. v. 5. Quod si vero dicendū sit, vel saltem ita liceat lo-
qui, est eadē omnipræsentiã, tum illa loquutio accipienda
& intelligenda est, ea ratione ac modo, quo dicimus, idem
judiciū esse, eundem honorem, eandē potestatem filii Dei,
& filii hominis. *Job. V. v. 22. & seqq.* At at attende rectius,
& diligenter observes velim, quod illic ratio attributionis
diversissima sit. Rectè monent, docentq; ecclesiæ Saxoni-
cæ in appendice libri concordiæ, seu in catalogo testi-
monior. cum script. S. tum purioris antiquitat. n. 5. pag.
863, *Christum unam eandemq; majestatem divinam, aliter*
ut Deum, nimirum essentialiter, & ut essentialem proprieta-
tem, aliter ut hominẽ, videlicet non essentialiter, neq; & secun-
dū sese, sed pro ratione & modo unionis personalis habere. Hoc
sensu ait Christus, *Ego sum vita, caro mea est vivifica, item*
Job. V. v. 26. 27. *Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit &*
filio habere vitam in semetipso. Et potestatem dedit ei etiam
judicium facere, quia filius hominis est. Cyrillus lib. 12. The-
sauri cap. 15. *Conditio & proprietas alia creaturæ, alia creatori*
est,

Inest, sed natura nostra à filio Dei assumpta mensuram suam excessit, & in conditionem assumentis eam per gratiam translata est. Item in Johannem lib. 2. cap. 14. Christus causam subiecit, quare vitam & potestatem iudicij sibi à patre datam dixerit, dicens (quia filius hominis est) ut intelligamus, omnia sibi data esse, ut HOMINI. Unigenitus verò filius non vita particeps, sed vita naturaliter est. Augustinus de civitate Dei lib. 10. cap. 24. Non ergo caro Christi per SE IPSAM mundat credentes, sed per verbum, à quo suscepta est. Theophylactus in Johannem ad cap. 3. Omnia dedit in manum filij iuxta humanitatem: si autem & secundum divinitatem intelligatur, dedit Pater omnia filio, ratione naturæ, non gratiæ. Damascenus lib. 3. de orthodoxa fide cap. 17. Non secundum propriam operationem, sed propter unitum sibi verbum divina operatur (caro Domini) verbo per eam propriam suam operationem manifestante. Nam & ferrum ignitum urit, non naturali ratione possidens ustriorem operationem, sed obtinens eam ex unione ignis & ferri. Ipsa igitur caro DOMINI mortalis erat propter se ipsam, vivifica propter hypostaticam ad verbum unionem.

Rursus Cyrillus in Johannem lib. 4. cap. 24. NATURA CARNIS ipsa per se vivificare non potest, nec sola esse in Christo intelligitur, sed habet filium Dei sibi coniunctum, qui substantialiter vita est. Quando igitur vivificam Christus carnem suam appellat, non ita illi, ut sibi, sive proprio spiritui vim vivificandi attribuit. Nam per se ipsum spiritus vivificat, ad cuius virtutem caro per conjunctionem conscendit. Quomodo autem id fiat, nec mente intelligere, nec linguam dicere possumus, sed silentio ac firmâ fide id suscipimus.

37. Quibus observatis, ex facili constat, & liquidò patet, in calvinistico illo Calixti argumento confundi modum attributionis, non autem, & non è illo, per se, ac propter aliud attri-

attribui, essentialiter ac personaliter propter gratiam u-
nionis, ut loquuntur. Divina attributa divinæ naturæ
competunt per se vi propriæ naturæ, eiq; attribuuntur
tanquam propria ejus. Sic verò nequaquam attribuun-
tur humanæ naturæ, sed alio longè ac diverso modo,
nempe propter idiomatum communicationem, uti in
scholis edocetur fufius. At verò essentia eadem illic non
præsumitur, ubi diversa est attributorum ratio. Sic in ho-
mine vita est eadem & animæ & corporis, non tamen pro-
pterea illorum est eadem essentia. Item in ferro canden-
te idem calor urens, et ignis est, et ferri candentis, non ta-
men eadem illorum est essentia. Eadem præsentia est par-
tium in toto, utpote eadem est præsentia mixti corporis,
et elementorum in mixto: inde tamen non protinus se-
quitur, quod propterea statim omnium partium eadem
sit essentia. Eadem præsentia est ignis et ferri igniti, sed
non est eadem essentia ignis et ferri. Unde haud obscure
intelligitur sophismatis illius Calixtino-Calvinistici falsi-
tas. Respondendum itaq; est ad majorem propositionem,
quod ea simpliciter vera non sit, nec ratio adducta illud
probet, cujus gratia adhibetur. Sed alibi in doctrina de
communicatione idiomatum divinorum, & de Majestate
carnis Christi, hæc omnia exponuntur uberius. Sufficit
hoc loco breviter indicasse atroces Calixti errores, &
doctrinam ecclesiarum Saxon. de majestate carnis Chri-
sti vindicasse à calumniis Calixtinis.

38. Præterea strenuè criminantur, mentiunturq; quot
quot ecclesiis nostris aut libro concordia talem affin-
gunt omnipræsentiam carnis Christi, quæ sit absoluta ubi-
quitas, quæ ea per perpetuam indistantiam sit in omnibus
creaturis. Talis quippe omnipræsentia carnis Christi neq;
in libro concordia, neq; in ejus apologia uspiam doce-
tur. Verè scribit, ac benè monet D. Hulsemannus in dem

E

Calixt

Calixtinischen Gewissenswurm cap. II. pag. 47. & 49. Siehet man
die Apologia des Concordienbuchs / als eine gesampete schrift der
Stände Augspurgischer Confession im D. Römischen Reich an; wieder-
holet dieselbe im 9. Cap. ob gesetzte lehre des Concordienbuchs / und
erweist / das es eine vorsezliche verleumdung der Meusteter Cal-
vinisten / und anderer Feinde Christlicher wahrheit sey: Ob lehre
mann in den Lutherischen Kirchen: Daß gleich wie die Göttliche
Christi allenthalben ist / so sey auch seine Menschheit / oder das we-
sen seiner menschlichen Natur allenthalben: und nicht allein leugnet
ermeldte Apologia Gleichmäßigkeit des modi: wie die Göttliche
Natur allenthalben ist / das also auch die Menschliche solle allenthal-
ben seyn. Sondern leugnet auch die Gleichmäßigkeit des Termini
extranei, oder des außwertigen Ziels bey allen und jeden Creaturen/
und sagt ausdrücklich: das nicht ebener maßen / wie die Göttliche
Natur bey allen Creaturen / lebendigen und leblosen, vernünfti-
gen und unvernünftigen / in allen laub und grabe ist / und sie erfül-
let: Also von der Menschlichen Natur auch möge gehalten oder ge-
saget werden / sondern das gegentheil lehret benante Apologia daß/
obs wohl war ist / das der ganze Christus auch nach seiner Mensch-
lichen Natur alles erfülle / und über alle Creaturen gegenwärtig /
und nicht abwesend herrsche: dennoch aber / und weil die Heilige schrift
in specie / oder in sonderheit Alle / und also auch die unvernünftigen
Creaturen mit nahmen nicht nennet / und weder von Stein / Holz /
Bierkandeln / Hasen / Kesen / unsaubern ordren / und unvernünfti-
gen Thieren / in specie oder mit nahmen etwas auch dencket: Das
Christus auch mit der substanz seines Leibes oder Fleisches in den
selben sey / so halten wir mit uns innen / und führen solche reden nicht.

39. Huc facit, quod ex mandato Electoris, & nomine
Theol: Saxon: scribit D. Jacob: Andreæ, unter dem verhaf-
ten worten (ubiquitas) so die heimlichen Sacramentierer erdacht /
verstehen die heimliche und öffentliche Calvinianer eine solche mei-
nung / als solte D. Luther / und wir / nach ihme gelehret haben / das
der Leib Christi mit der Göttlichkeit auff leibliche weise in allen Crea-
turen stecke / und in alle orte ausgespannet / und allenthalben sey /
wie die Göttlichkeit / wieder welches gedicht die Sacramentierer viel
Bücher geschrieben / und unserer Kirchen reine lehre / von der Gött-
lichen Majestät des Menschen Jesu Christi / bey ihren zuhörern /
und

und männiglich / nicht allein verdächtig / sondern abscheulich und verhaft gemacht haben.

Von dieser / der Sacramentierer / auff uns gedachter ubiquitet glauben / lehren und bekennen wir / nach inhalt des Buchs der Concordien / das solche ubiquitet ein verdampter irrthumb sey / den auch weder D. Luther / noch wir jemals geglaubet / oder gelehret haben / damit alles widersprochen / was die Sacramentierer unsern Kirchen / wieder das zeugnis ihres gewissen / aus lautern mutwillen / auffgedrungen / und unbilllich zugemessen haben.

Unser Glaub / Lehr und bekantnuß aber / von der Göttlichen Majestät des Menschen Christi vermöge unsers Christlichen Glaubens (welche die Sacramentierer unter den verhaften nahmen der ubiquitet verdammen) ist diese: Das Christus nicht allein nach der Göttlichkeit / sondern auch nach seiner Menschheit sey überall / nicht nach der eigenschafft menschlicher Natur / sondern der ursach / das dieser Mensch Jesus allein / und sonst keiner gesetzt ist zur rechten Gottes des Allmächtigen / wisse / sehe und höre / demnach auch als ein Mensch / aller seiner Gläubigen noth an allen orten / da sie seind / und der bösen anschläge wieder sie / und helffe ihnen auß aller ihrer noth / das ist die ubiquitet, die D. Luther wieder die Sacramentierer irrthumb zur grundfest unsers einfältigen glaubens / und einfältigen verstand der wort des Testaments Christi in seinen schriften gesetzt hatt.

40. Quam in rem & illa quoq; probè atq; religiosè observanda ducimus, quæ ex Epistola quâdam B. Chemnitii in Hassiam scripta, & ex bibliothecâ D. Polycarpi Lyseri τὸ βιβλίον ἐν αὐτοῖς prodit, laudatq; Hutterus in Concordia Concordie cap. 47. pag. 12. 13. Zum fünfften haben wir uns auch dessen hiebey unterredet / daß der einfältigste sicherste weg sey / das man nicht ex speculatione absolutæ ubiquitatis allerley Disputationes einführe und schlesse: sed ut ordiamur à verbo patefacto, & à promissionibus divinis de præsentia Christi. Licet enim per ascensionem Christus localem, circum scriptam & visibilem suam præsentiam nobis sustulerit: So haben wir gleichwol tröstliche und außdrückliche verhelffung / das d ganze vöilige Christus / (zu welches ganzvölliger Person nicht allein / die Göttliche / sondern die beyde Naturen / Göttliche und Menschliche / persön-

Nicht vereinzel / zusammen gehören gegenwertig sein wolle / und auch
sey / in seinem Abendmahl / und dem Ampt des Worts und der Sacra-
menten / auch bey seiner Kirchen / bey allen und jedē derselbigen Glied-
massen / wo die allenthalben in dieser welt zustreuet seyn. Und wie-
wol solches nicht geschieht locali circumscriptione aut visibili pra-
sencia / so haben und glauben wir doch / vermöge der angeretzten ver-
heissung / weil die angenommene Menschliche Natur / in die Person /
des Sohns Gottes unzertrenlicher weise / durch die persönliche verei-
nigung eingesetzt / das die ganze Person Christi / nicht allein / mit der
Göttlichen / sondern auch mit seiner angenommenen Menschlichen
Natur in seinem Abendmahl / bey dem ministerio verbi & Sacra-
mentorum, bey seiner ganzen Kirchen / bey allen und jeden derselben
gliedmassen / wo die allenthalben in dieser ganzen Welt auff Erden
zerstreuet seyn / vermöge seiner verheissung / gegenwertig sein wolle
und könne. Dann von der gegenwertigkeit der Person Christi / sollen
wir uns in keinen wege die angenommene Menschliche Natur abson-
dern / trennen oder scheiden lassen / weil das unser höchster Trost ist /
das Christus auch / nach der Natur / und mit der Natur / nach welcher
Er unser Bruder ist / und wir Fleisch von seinem Fleisch / bey uns seyn
wolle / denn ja niemand sein eigen Fleisch gehasset / das ist gar tröstlich.

Wenn aber iemand weiter fragen wolte / von andern Creaturen /
auffer der Kirchen Gottes / da wissen wir in gemein / das Christo auch
nach seiner angenommenen Menschlichen Natur alles unter die Fü-
ße gethan / alles seiner gewalt unter geben / das Ihm alles gegenwertig
sey / und Er gegenwertig alles regiere. Wann man aber disputiren
wolte / von Holz / Stein / oder andern unsaubern orten und händeln /
so ist der sicherste weg / das solche fragen eingestellet / und solche di-
sputationes abgeschaffet werden / weil sie nicht barren / sondern zur
weiteläufftigkeit und ärgerlichen gedanken ursach geben / und wir das
Geheimniß der persönlichen vereinigung in Christo in diesem Leben
nicht gnugsam oder volkömlich verstehen / allein das wir in gemein
den Grund behalten / das keine Creatur / ort / stell oder zeit die beyde
Naturen in der Person Christi von einander absondern / oder hinder
sich lasse / sondern allenthalben / wo Er sey / persönlich oder nach art
und vermög der persönlichen vereinigung in und bey sich habe. Wann
man in nnd bey solcher einfalt bleibet / achte ich / sey es am sichersten
und einfältigsten / und auch der Kirchen erbarlich. Hæc

41. Hæc vera, sana & pia doctrina ecclesiarum Saxo-
niarum *γνησίως* Lutheranarum est, in libro Concordiæ
proposita, inq; ejus Apologia contra calvinistarum ca-
villationes propugnata, nec non in conventu Quedlin-
burgensi luculentius exposita. Quam, ut factam rectam
teneamus, nec non à strophis, tricis & corruptelis immu-
nem tutamq; servemus, præoccupandum porrò hoc lo-
co est, & cavendum sedulò, primò ne ultra limites in ver-
bo Dei constitutos, progrediamur, Sed hypotyposin sa-
norum verborum servemus, nec aliam corporis Christi
præsentiam in terris statuamus, quàm quæ in divinis lite-
ris, & à priscis ecclesiæ catholicæ doctoribus, sanctisq;
Patribus luculenter descripta est. Notatu dignissimum est,
quod liber concord: monet, & sanctè præcipit in appen-
dice sive catalogo testimoniorum num. 10. pag. 828. *cum*
bujus articuli doctrina eò, & ubi tota persona Mediatoris rē
divinæ quari debeat, & apprehendi possit, sciatur, præci-
pue directa sit, ideò liber concordia perinde, atq; omnes alij
sancti Patres, nos non ad ligna aut lapides, aut aliud quid, sed
eò, quo nos Christus in & cum verbo suo remittit & deducit.
Quod ipsum itidē contestatur Apologia lib. concordia, &
disertè scribit. weil unser gegentheil furnemlich auff die gemeine al-
lenthalbenheit dringet / und daß Christliche Concordien Buch beschul-
diget / als lehre es verdeckter weise / das Christus mit seinem Mensch-
lichen Leibe in allen Creaturen sey / als in Lauth / Graß / in Steinen /
Aepffeln / Birnen &c. Als erklären wir uns mit runten Worten da-
hin / erstlich das solche reden im Christlichen Concordien Buch nicht
stehen / wir auch dieselben reden nicht gebrauchet / und noch nicht
brauchen wollen &c. Zum andern / das solche allenthalbenheit
des Leibes Christi / wie sie von unsern gegentheil angegeben / und bis-
her erzehlet worden in Christlichen Concordien Buch nicht gelehret
worden. Damit wir auch der sache einmahl abkommen / und solch-
en verleumtern das maul stopffen / sagen wir expressè / das solche
ubiquiter / wie sie von gegentheil auff das Christliche Concordien
Buch / und unsere Kirchen gedichtet / und aus gegeben wird / nicht löng

ne dargethan werden. Conferatur Hutterus in *Concordia*
Concorde c. 45. pag. 340.

41. Deinde præcognoscendum, & notandum h. l. est, quod præsentia Christi secundum carnem intelligenda & æstimand sit juxta œconomiam, sive dispensationem divinam, ut loquuntur, *promissionem, & voluntatem Christi*, sicut liber *Concord. passim exponit, Christum & posse præsentem esse, & actu præsentem esse, ubi velit esse præsens.* Sic enim aperte scribit in *Form. Concordiæ artic: 8. de persona Christi pag. 783. Credimus scriptura dictis. Mat: XVIII: vers. 20. ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo ibi sum in medio eorum. item Caput XXVIII: vers. 20. ero vobiscum usq; ad fines mundi*) *declaram majestatem hominis Christi, quam Christus secundum humanam naturam ad dextram majestatis & virtutis Dei accepit, ut videlicet etiam secundum illam assumptam suam naturam, & cum ea præsens esse possit, & quidem præsens sit, ubicunq; velit: Præsertim verò sentimus, eum ecclesiæ suæ in terris, ut Mediatorem, Caput, Regem, & summum sacerdotem, præsentem esse.* Conferatur Hülsemannus in dem *Calixtinischen Gewissens-Wurm pag. 55.*

42. Præterea tertio & hoc præoccupandum est, quod modus præsentia Christi mysticus sit, supernaturalis, atq; divinus, non naturalis, localis, aut extensivus per expansionem corporis Christi. Nimirum Christus secundum carnem esse potest, ubi vult esse, *modo supernaturali, & divino, & pro ratione præsentia Dei*, ut passim loquitur liber *concordiæ in epitome credendorum art. 8. pag. 609. Nec non in solida declaratione p. 784. verè scribit p. 768. Christus super omnes calos ascendit, & revera omnia implet, & ubiq; non tantum, ut Deus, verum etiam, ut homo, præsens dominatur, & regnat à mari ad mare, & usq; ad terminos terræ, quemadmodum olim Prophetæ de ipso sunt vaticinati: & Apostoli testantur, quod Christus ipsis ubiq; cooperatus sit, & sermones eorum confirmaverit sequentibus signis. Hæc autem non;*

terreno modo, sed ut D. Lutherus loqui solet pro modo
& ratione dextræ Dei facta sunt. Idem inculcant Theo-
logi Saxonici in appendice libri concordia, sive in Ca-
talogo testimoniorum num. 9. pag. 876.

*Et si in confesso est, neq; negari potest, divinitatem unã
cum sua majestate divina nequaquam carnis circumscrip-
tione tanquam vase aliquo contineri, quemadmodum Athana-
sius, Origenes, Nyssenus, & alij rectè scripserunt, & in libro
Concordia tanquam erroneum rejicitur dogma de humanitate
Christi in omnibus locis expansa, sive de humana natura in
Christo per unionem personalem in infinitam essentiam conver-
sa: Quia tamen divina & humana natura personaliter & in-
dissolubiliter in Christo unitæ sunt: ideo cum sacra scriptura,
tum sancti Patres testantur, ubicunq; Christus est, ibi non
dimidiatum, aut dimidiam illius personam, aut partem tan-
tum personæ illius, ut divinitatem solam, seorsim & nudè ci-
tra & extra assumptam, & personaliter sibi unitam humani-
tatem, vel ab ea separatam & extra personalem cum humani-
tate unionem, sed totam illius Personam, nempe ut Deum &
hominem pro modo personalis cum humanitate unionis, qua
imperscrutabile mysterium est, ubiq; præsentem esse, ea ratione
& modo, qui soli Deo notus est.*

44. Deniq; ut omnia $\sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\beta\delta\eta\nu$ comprehendamus & con-
cludamus, hæc simplicissima nostra sententia & doctri-
na est, Christo ut homini datam esse omnem potestatem in cælo
& in terra *Matth. XXVIII. v. 18* *Epbes. I. v. 20. 21. 22.* & per eam
potentiam suæ carni communicatam posse esse, ubi velit,
& quomodo velit, nec non per eam adesse nobis præsen-
tem omnibus diebus, usq; ad consummationē seculi *Mat.*
XXVIII. v. 20. sicq; esse in medio omnium fidelium, *ubicun-
que sint* sive in extremis terræ, sive in mari & aquis, sive in
medio hostium &c. uti promisit *Mat. XVIII. v. 20.* Sic post
adscensionem in cælos præsens fuit suis discipulis, & unã

F

CUM

cum illis potenter operatus fuit juxta datam promissionem *Marc. XVI. v. 20.* Sic apparuit Paulo in via Damascenâ *Act. IX. v. 3. 4. 5. 6.* ita ut ab eo secundum carnem & auditus & visus fuerit. *Act. XXII. v. 14. 17. 18. Cap. XXIII. v. 11. 26.* Romæ adstitit Paulo. *2. Tim. IV. v. 17.* ambulat in medio Candelabrorum in ecclesiis Asiaticis *Apoc. I. v. 13. &c.* Sic Christus ceu Rex, dominus & protector noster secundum utramq; naturam præsens dominatur in medio inimicorum *Pf. 110, v. 2. Act. II. v. 34. 35. 36. Cap. X. v. 36. 1. Cor. XV. v. 25. 26. 27. &c.*

45. Hæc, inquam, simplicissima sententiâ est ecclesiarum Saxonicarum, in libro concordie inculcata sæpius, & palam expressa. Cui si adstipulatur Calixtus, quid tumultuatur, quid tragædiatur? Credimus & profiteamur Christum, ut hominem, posse esse, ubicunq; vult esse, & esse ubiq;, ut promisit se velle adesse, Ist Calixtus hierlunen mit uns einig/ was tobet und wütet er dann / wieder uns (*verba Calixti recito ex crasso volumine der wiederlegung lit. F. F. F. aus der antwort auff Hulsemanni meisterlich muster num. 23.*) was bedeutet es/ daß er schreibet doctrinam de omnipræsentia carnis Christi, prout in ecclesiis Lutheranis traditur, esse illaudabile dogma. Ist er aber darin mit uns nicht einig/ sondern verwirfft dieselbe lehre (ut explicui modò) so gebe ich einem jeden Christen zubedencken anheim (*verbis Calixti uti liceat*) was für ein Christe / und was für ein Christlicher Lehrer er sey.

46. Equidem non ignoro, scriptitare Calixtum, & sonorâ voce declamitare, *Christum hominem posse esse, ubi velit esse, & cum suo corpore in ecclesia presentem esse juxta promissa, ubi velit esse.* Sed qualem ille potentiam carni aut humanitati & corpori Christi tribuendam esse censeat, è superioribus abundè satis constat. Certè latet angvis in herbis. Edisserat modò apertius, *qualem potentiam* adscribat carni Christi, quâ possit esse in ecclesia, ubi velit, & quomodo velit:

do velit : num ei *divinam & infinitam potentiam* commu-
nicatam esse statuat, qua ubiq; possit esse, quando ve-
lit, & quomodo velit. Hic rhodus, hic saltus! Edisserat Ca-
lixthus & eloquatur planius, num potestas *verè divina, &*
infinita, quæ est idioma & attributum divinum realiter sit
communicata carni Christi, adeoq; per eam communi-
tam divinam potentiam possit esse præsens, ubi velit, sive
ut propius ad rem loquamur, & pressius agamus causam,
id velim edisserat Calixtus, num homo Christus, secundum
carnem seu humanam suam naturam, sit exaltatus ad dex-
tram Dei, ita ut per infinitam verè divinam potestatem,
majestatem & gloriam omnia gubernet, impleat, & ubiq;
præsens dominetur, & regnet à mari ad mare, & usq; ad
terminos terræ ex *Psal. LXXII. v. 8. Psal. VIII. v. 7. 8. 9. 1. Cor.*
XV. v. 27. Eph. I. v. 20. 21 & c. Hoc est, quod impræsentiarum
quæritur, quodq; præcipuè in controversiam venit. Nos
asserimus, sicq; & inde omnipræsentiam carnis Christi ad-
struimus, quam cur tantopere impugnet, traducat & su-
gillet Calixtus, ipse viderit. Apertius agat causam, & pa-
lam fiet hæresis Calixti. Sed ut dixi, & præoccupavi sæpius,
hanc causam suo loco in doctrina de majestate carnis Chri-
sti enodabimus exactius, & persequemur fusius. Sufficit in
anteceßum paucula monuisse, ac doctrinam ecclesiarum
Saxonicarum de majestate ac omnipræsentia carnis Chri-
sti ab injuriis & calumniis Calixtinis breviter vindicasse.

Auctarium.

Vetus calumniâ est Papistarum & Calvinistarum, *Luthe-
ranos docere carnem Christi esse ubiq; per immensitatem, sicut
deitas est ubiq;.* Betanus in Theol. Schol. tract. I. de DEO cap.
6. q. 4. scribit: *Ubiquitis a putant humanitatem Christi esse u-
biq; per immensitatem divinam formaliter ipsi communicatam*
Quam calumniam repetit Jesuita Forerus in seinem Purlau-
tern nichts de anno 1631 wieder die hauptvertheidigung des Evange-
lischen Augapffels / ibiq; ex consultat. Caslandri de artic. fi-

dei cavillatur, *Saxonicos predicatores asserere immensitatem corporis Christi, itemq; ex immensitate humanitatis adstruere presentiam corporis Christi in sacramento Eucharistia &c.* Hæc certè e mentita omnia sunt & injuriosa. Non sic docemus. Equidem de Cassandro sicilli scribunt pag. 22. *Lesen mann den teygen Röm. Keyser zu/das ihre Keyser. Majestät eingut Evangelisch buch von den fürnemsten Artickeln/ja nur des Georgii Cassandri gutachtenlesendürffte/kein zweiffel ist/es würden ihre Keyser. Maj. dero erlauchten verstand nach sehen/und befinden/wie ungüelich uns bishero geschehen /und wie zur höchsten ungebühr unsere lehre verteuffet worden.* At verò frivola sunt, insulsa & ineptissima, quæ inde intorquet Jesuita. Sic pergit ibidem, n. 26. p. 59. 60. *Es haben die prædicanten gar nicht ursach sich mit des Georgij Cassandri Gutachten so starck zu küheln. Denn entweder nehmen sie gedachte des Cassandri consultation vöellig an oder nicht. Nehmen sie solche nicht an! (en sophistam, omittit vöellig dicere debuisset, nehmen sie solche vöellig nicht an. Fallaciam itaq; divisionis committit, ut & consequentis in subseqq. Was dürfen sie die Röm. Keyser. Majestät darauff weisen R. Ja sie dürfen es kühnlich und wol thun / quia Cassander in plurimis fidei articulis æquius sentit, judicatq; de Religione Lutheranorum.* Hac ratione ac fine bene possunt consulere Rom. Imperatori, ut consultationem Cassandri legat, indeq; judicium ferat de calumniis Papistarum. Sed pergit Forerus p. 26. *Da können nun die Sächsische Ubiquitisten sich erklären &c. Imò verò Jesuitæ edicant, num amplectantur doctrinam S. Patrum & Ecclesie Catholice de Majestate carnis Christi, quod ei verè divina potestas per gratiam unionis personalis sit communicata* Sprechen sie nein / so sind sie rechte Weltbetrüger / (Foreri verba refero) die sonst ein großes geschärr und affengeschrey machen mit der autorität der Kirchen und der H. Väter. Sprechen sie ja : so ist ihr lästern wieder obgedachte Evangelische lehre in grund darnieder gerissen / und auff das Haupt geschlagen. *Quare Jesuita resorbeat rãcida sua sputa, quæ tam petulanter in Saxon. Theologos despumaverat. Idem & aliis calumniatoribus, Papistarum assentatoribus, dictum esto.*


05 A 1463

ULB Halle 3
003 777 855



VD 77





NOVITATUM ET ERRORUM CALIXTINORUM
LUSTRATIO GENERALIS I.
SIVE
DISSERTATIO APOLOGETICA,
EAQUE SOLENNIS,
DE
RELIGIONE
AC DOCTRINA PUBLICA
ECCLESIARUM & SCHOLARUM
SAXONICARUM, ALIARUMQUE *genarum* LUTHERANA-
RUM, quod ea à Calixto immeritò & falsò postuletur enor-
mum errorum, & illaudabilium dogmatum,
IMPRIMIS VERO VINDICATUR DOCTRINA

de
MAJESTATE ac OMNIPRÆ-
SENTIA CARNIS CHRISTI,
IN ELECTORALI ACADEMIA WITTEBERGENSI
PUBLICE PROPOSITA,
PRÆSIDE

JOHANNES SCHARFIO,
Theol. D. Prof. P. Collegij Seniore, p. t. Decano,
& Templi Cathedral. Præposito,
RESPONDENTE

M. JACOBO REICHMANNO,
Colleg. Phil. Adjuncto, Scholæ Oppidanæ Witteberg.
Con-Rectore, nec non Electoral. Alumno.
In Auditorio Majori. ad d. VIII. Novembr.

Wittebergæ typis Johannis Borckardti, Anno 1655.